







X435.127

~~h~~

~~46~~

~~j6~~

~~360~~

FELIX LITERATUS

INFELICIUM PERICULIS
ET CASIBUS,

SIVE DE

VITIOS LITE-
RATORUM
COMMENTATIONES
HISTORICO-THEO-

SOPHICÆ,

QUIBUS INFELICIUM EX
ANIMO, H. E. VITIOSORUM LITE-
RATORUM CALAMITATES ET MISE-
RIÆ, CONQUISITIS EXEMPLIS ET DO-
CUMENTIS SELECTIORIBUS EXPONUN-
TUR, ATQUE ERUDITIS, AD VERÆ ET
IMPERTURBATÆ FELICITATIS SEDEM
TENDENTIBUS VIA TUTISSIMA
OSTENDITUR.

J. Gute

A U T H O R E
THEOPHILO SPIZELIO,
Ex B. m. magdal. D. V. I. E. A. M. (orthom. 1725)

A U G U S T A E V I N D E L I C O R U M
APUD THEOPHILUM GOEBELIUM,

LITERIS KOPPMAYERIANIS
SAINTE GENÈVE

M DC LXXXV




*CELSISSIMÆ
SANCTISSIMÆQUE
TER-OPTIMI TER-MAXIMI*
**NUMINIS
MAJESTATI,
BEATÆ ITÆM ÆTER-
NITATI,
ATQUE PERPETUÆ
LITERATORUM
HOMINUM FELICI-
TATI
OPUS HOC SACRUM ESTO!**

B.K.



ALIS ET CASIBAS ALTHORAE THEOPH. SPIELITO

FELIX LITERATAS EX INTEGRAM PER



LITERATIS EX ANIMO FELICIBUS

S. P. D.

A U T H O R !

Non invenere prisci Sa-
crorum Ægyptiacorum An-
tistites, cui convenientius
PERSEAM arborem (cu-
jus FOLIA LINGUÆ figuram refe-
runt, FRUCTUS CORDIS,) dedica-
rent, quam Sermonum NUMINI, opti-
mè judicantes, COR VIRI SAPIEN-
TI S pariter ac LINGUAM divino
consecrandam ministerio, atque pro-
fundiori rerum cognitioni sociandum,
esse omne melioris vitæ institutum. Num
sanctius quicquam monito isto hierogly-
phi-

AD LITERAT. FELIC.

phico mystæ enunciare, anne salutarius præceptum alumnorum suorum aribus & animis in clamare potuissent? Ast longe evidentius, disertiusque CHRISTIANA PHILOSOPHIA ostendit, NON LINGUA SOLUM, SED VITA etiā moribusq; philosophandum; qui secus faciant, illos non PERSEÆ, sed arboribus similes esse SODOMITICIS quæ pulchram quidem maturitatis præ se ferant speciem, levi tamen compressæ tactu, illicò in favillas fatiscant & cineres, atque ut ipse Dominus ait, de calbatis respondeant sepulchris. Quid quod universi hujus Conditor Maximus, noble ejusdem documenti symbolum in terrestri Paradiſo constituturus, SCIEN-
TIÆ LIGNUM proximè LIGNO
VITÆ duxerit plantandum. *Neque enim* VITA (uti præclarè Justinus Martyr scripsit ad Diogenem) sine COGNITIO-
NE,

PRÆFATI^O.

NE, neque Cognitio sine verâ VITA tuta est,
ideoque in propinquo utrumq; fuit plantatum.
Et Magno Ambrosio enunciante, multò
satius est VITAM Bonam (quæ etiam sine
doctrina babet gratiam) possidere , quam do-
ctrinam sine vita , quæ nullam babeat INTE-
GRITATEM! Ecquis eum Doctorem,
ARBOREM vocare dubitaret dignam
quæ DEO consecretur , qui LIN-
GUAM in FOLIIS, COR autem
in FRUCTIBUS exprimat, adeoq; juxta
Servatoris ipsius monitum & exemplum
FACERE pariter ac DOCERE labo-
ret, neque eorum inscrip:us sit albo, qui-
bus olim exprobratū fuit, quod DEUM
LABIIS duntaxat suis (CORDE autem
averso) honorarint. Etiam quem Chri-
stianum nonnulli dixerē SENECA,
præclarè docuit, veram Sapientiam non
in VERBIS solùm, sed in REBUS etiam
consistere, non in hoc adhiberi, ut cum
)?(2 aliquā

AD LITERAT. FELIC.

aliquâ oblectatione consumatur dies, ut
dematur otio nausea , sed quæ animum
formet ac fabricet, vitam disponat, actio-
nes regat, agenda & omittenda demon-
stret. **Quid**, quod toto de brevitate vi-
tæ libro ostenderit, hanc unam esse vitæ
extendendæ rationem, quam omnes bre-
vissimam querantur, si cæteris rebus
omissis publicis privatisque, quas vel va-
nas, vel exitiosas (etiam quæ tutissimæ
videntur) exitus probet, omnem ætatem
SAPIENTIÆ studijs impendamus,
NOBISque ipsis vivamus, cui unicuræ
Paullinum suum, relictis publicis, quibus
detinebatur negotijs, voluit occupari.
Nos verò coelesti beneficio sanctioribus
imbuti placitis, ad **BEATIOREM** lon-
gè, solisque fidelibus promissam adspi-
rantes **IMMORTALITATEM**, affa-
tim vitæ hujus, tot miseriarum turbini-
bus agitatæ brevitatem compensatam.

puta-

PRÆFATIO.

putabimus, si è seculi hujus tenebris, atque infinitarum vanitatum abyssō, per Christum in admirabile Divinæ Sapientiæ lumen, atque felicissimum cœlestis gloriæ Paradisum transferamur..

Magnæ suht fateor LITERATI HOMINIS ex assidua studiorum tractatione voluptates, siquidem præ his vix ullæ aliæ ipsi arrideant, non epulorum aut ludorum, aut aliarum quarumcunque illecebrarū delitiæ, imò nihil propemodum delectabilius fingi possit, quam immotæ studiorū suorum àxi inhærens literatus. Mente siquidem universum permeat Orbum, quidquid uspiam præclarum & excellens est, intelligentia inspicit, Regnum ortus, progressiones, inclinationesque, ex eruditione, tanquam è specula contemplatur, videt tot naufragia sine metu, tot bella spectat sine periculo, abditiora terræ viscera sine fatigazione ri-

AD LITERAT. FELIC.

matur, ingreditur Principum ædes sine
repulsa, subit Templorum Sacraria si-
ne sacrilegio, Sapientum consilijs inter-
est absque censura. E Stoa pro lubitu
in Academiam transit, ex Academia in
Lyceum, Zenone, Socrate, Platone, Ari-
stotele, Pythagorâ, Epicteto, Seneca, cæ-
terisque insignibus Viris utitur familia-
rissime. Libris circumfusus, delibat quid-
quid est in Grammaticis accuratum, in
Epicis amoenum, in Tragoëdis senten-
tiosum, in Comœdis festivum, in Lyricis
exultum, in Satyra salsum, in epigram-
mate acutum, in fabulâ ingeniosum, in
panegyri elegans, in historia varium, in
eloquentia sublime, in Philosophia re-
conditum, in Medicina necessarium, in
Jurisscientia utile, in Mathematicis ad-
mirabile: Quantumvis igitur ingens ea
sit quæ Virum solidè doctum comitatur:
delectatio, nihili tamen reputanda est
illius

PRÆFATIÖ.

illius VOLUPTATIS intuitu atque respectu, quæ Literatis ex sinceræ PIETATIS Virtutisq; Christianæ exercitio maximā beatitatem conciliat. Talia eam excipiunt oblectamenta, quæ etiam saepius repetita neutiquam displiceant, nullumque unquam fastidium habeant finitimum..

Et cum ad imperturbatae hujus FELICITATIS sedem tendentibus LITERATIS, paucis ab hinc annis, opellâ peculiari (quæ sub PII SECESSUS* titulo prodijt) quoddam veluti calcar addiderim, atque ERUDITI HOMINIS, à profanæ doctrinæ & vitæ vanitate, ad sinceram veramque PIETATEM expuerim manuductionem, quâ sc. ratione illi, qui pridem cum cæteris seculi mancipijs otiosè fuerint negotiosi, latèque hinc inde sint evagati, ad se ipsos tandem accedere propius, secum habitare felicius,

inque

* Edit. 1669. Aug. una cum Ep. de Atheismo eradicando;

AD LITERAT. FELIC.

inquit PIO quodam SECESSU, velut in
egregio veræ sapientiæ arcano abscon-
diti, res & curas hominum profanè li-
teratorum tutius intueri, DE Oque
optatius servire possint; Animus nunc
est novo (utinam non supervacaneo !)
Opere, Literati Qrbis incolas ad celsiora
nitentes, & VITÆ FELICIORIS ty-
tocrinia (post superatos plusquam Her-
culeos labores , exhaustas verè omnes
corporis animique vires, immensa deni-
que tædia devorata) ponere optantes
sui admonere officij, & ad hostes illos do-
mesticos debellandos , pestesq; VITIO-
RUM execrabilis exterminandas profli-
gandasque invitare pariter ac incitare:
ne scilicet doctrinâ literisque humanio-
ribus exulti mortales , gravi illâ passio-
num, affectionum & inclinationum per-
versarum (quas antiquis hostis in eos
veluti proditores quosdam suscitare fo-
let)

PRÆFATIÖ.

let) mole in terram defigantur, æternæ
que tandem dentur internecioni, sed
Divinæ potius GRATIÆ radijs collu-
strati, ad veram sinceramque PIETÄ.
TEM convertantur, deq; tenebrarum
filijs, sempiternæ Lucis hæredes efficien-
tur. Navigationem quandam toto hoc
opere confecturus, Argonautis LITE-
RATIS, horrendarum procellarum, vi-
tiosorumq; fluctuum impetu abreptis, se-
riæ solidæq; POENITENTIÆ anchora-
ram ostendere constitui, ut perspectis tot
eruditoru hominum periculis & casibus,
cognitis tam funestis exitiosisque vitio-
rum scopulis, totque piratarum spiritua-
lium fraudibus insidijsque exploratis, de-
inceps NAVIGATIONEM suam, h. e.
SE IPSOS regant prudentius, cogitan-
tesque, quâ sæpè vi ac impetu ab adver-
sarijs ad casum sint concussi, & ex casu in
præcipitium, MALA sua, h. e. peccata,

)? ?(

gra-

AD LITERAT. FELIC.

gravioraque paroramata sibi frequenter
revocent ad animum, & conscientiam
perperam gestorum habeant ante oculos,
tum ritè poenitēdo ad DEUM accedant,
& salutari horrore perculsi, maximarum-
quæ illarum procellarum ac belluarum
Marinarum, IMPIETATIS scil. SU-
PERBIÆ, CENODOXIÆ, INVIDIÆ,
CONTENTIONIS, MALEDICENTIÆ,
AMBITIONIS, AVARITIÆ, NO-
XIÆ QVE CURIOSITATIS faucibus
erepti, ad divinæ misericordiæ, Christi
Salvatoris merito partæ aram confu-
giant, eiisque soli confisi, ac libertati pri-
stinae restituti, æternam cœlesti ope evi-
tent confusionem. Non mihi in hoc ope-
re adornando consilium, alienam sca-
biem satyrico perfricare sale, non carpe-
re quempiam temere aut lædere, non
institui summos ac de publica & literaria
re meritissimos Viros atro notare carbo-
ne;

PRÆFATIO.

ne: Prorsus enim anous essem, si quam libro hoc conor evertere quorundam profanè doctorum malignitatem, convitijs ipse sustentarem. Convitijs inquam omissis, VITIIS potius HOMINUM LITERATORUM sacrum indicere bellum, easque pestes suis coloribus depingere constitui. Siquidem (scitè dicente Paschaleio)* *NOTITIA VITIORUM*, omniū saluberrima cognitio, eaq; altissimè inspicere, idem prorsus sit atque odiſſe; Vixi vero odiſſe sit ipsam amplecti *VIRTUTEM*, h.e. esse in confinio, mox in gremio *VERÆ FELICITATIS*. Et cum EXEMPLIS primum, dein DOCUMENTIS selectioribus INFELICIUM EX ANIMO, h.e. VITIOSORUM LITERATORUM miserias & calamitates duxerim exponēdas, operam intendi diligenterem, ne quicquam in cerebro natum, aut ambiguo rumore relatum obtruderetur, verum probatissi-

)??(2

mo-

* Paschal. Praef. lib. de Character. Virtut. & Vitior.

morum authorum suffragijs sive testimo-
 nijs stabilirentur omnia, atq; quam dili-
 gentissimè caveretur, ne erudit i homi-
 nes, præter rem culpam ve suam temera-
 tæ virtutis admissæque vitiositatis obe-
 ìo notentur, & sive Impietatis atheismiq;,
 sive Superbiæ & Genodoxiæ, sive Invi-
 diæ, Contentionis & Maledicentiæ, sive
Ambitionis, Avaritiæ ac noxiæ Curiosi-
 tatis veru iniique transfigâtur. Quod ab
 alio quovis ipse optamus, ait nonnemo, vel
 sferamus officium, nimirum ut post fata etiam
 fama persistat integra, & ab hostium vindice-
 tur injurijs, hoc nos quoque Viris de publicâ
 & literariâ re meritissimis ex animo præfe-
 mus, & graviter quidem, ne parum serio id e-
 gisse videamur. Ea verò potissimū cura me
 versavit atque cogitatio, ut doli frau-
 desque (quibus callidus ille veterator
DOCTISSIMIS etiam HOMINIBUS
 hactenus imposuit) fideliter detegantur,

PRAEFATIO.

ac INFELICIBUS quibusdam, & in corruptæ inquinatæq; eruditionis Republicâ etiamnum degentibus Literatis, via tutissima ad V E R Æ & imperturbatæ FELICITATIS metam ostendatur, denique ut male (ad animum quod attinet) se se habentibus, remedia præscribantur, quibus à præsentissimo mortis periculo (divinâ adspirante clementiâ) liberari queant. Quod ut aliquousque exequer, nulla non vitæ Literato-Christianæ instituta duxi delibanda, ea ubique profectus, quæ nō uni Literatorum Ordini, unive Doctorum hominum familiæ, sed cunctis omnino convenient, quemadmodum architecti eadem norma plures erigere domos; ijsdem sanitatis præceptis, omnium curare morbos, vel firmare valetudinem Medici assueverunt. Et verò, haud secus ac si quis de vitæ diutinitate scriberet, id spectans, ut ejus-

)??(3

tucn-

AD LITERAT. FELIC.

tuendæ & prorogandæ rationem com-
monstraret, ineptè prudentiorum judi-
cio faceret, si de vita, de tempore, de du-
ratioñe multa Philosophorum in morem
differeret; ad rem verò suam aptissimè, si
de cibis, de diæta, de otio, laboreque ad
valetudinem conferente, malè affectoru
bono disputaret; Ita hoc in argumento
apprimè vitandū duxi, ne de VITIIS LI-
TERATORUM, Scholasticorū in mo-
rem subtilius dicerem, sed potius tū n ex-
cutiendis pestiferis morborū mysticorum
seminarijs, tum oportunis etiam REME-
DIIS præscribendis diutius morarer,
operamq; collocarem fructuosiorem.
Haud equidem me latet, quam grave hoc
opere volvam saxum, quamque arduum
susceperim onus, utpote in visū Mundo,
ejusque Principi diabolo, cuius fraude &
malitia plerumq; accidit, ut optato pro-
gressu careant, quæ DEI pietatisq; pro-
pagan-

PRÆFATI^{O.}

pagandæ causâ suscipiuntur. Certo certius autem mihi persuadeo , non defuturum meditato operi consilioque successum, quem rebus suis SS. Numen dare solet, licet id non semper fiat modo & tempore à nobis efflagitato. *Quisquis DEVUM ejusq; bonorem sincere amaverit, & spredo fortiter furore favoreque humano, gradu indeflexo perrexerit, is ad finistra neutiquam delabetur, sed suprema FELICITATIS Christiano-LITERARIAE fastigium tandem aliquando concendet, sempiternâ gavisurus BEATITATE.* Quem ipsum immarcessibilem laborum certaminumque suorum fructum tempore suo percipient , atque HOMINUM ex ANIMO felicissimorum elogium certo certius consequentur LITERATI singuli, si execrandis illis, quas toto hoc opere detestati sumus, eruditii Orbis pestibus sancti dent repudij libellum, inque pietatis virtutisque sinceræ palæ-

AD LITERAT. FELIC. PRÆFATIO.

palæstra studio ac labore indefesso se se exerceant. **DEUM** ipsum sic trahent ad se, ejusque clementia ac benignitate **FELICITATIS** supremæ apicem rectissime attingent. Divites sic erunt satis, satis docti, clari satis, denique in ipsâ infelicitate sua (si quæ ijs in seculo obtingat) **FELICES** satis atque **BEATI**. **DEUS** fons omnigenæ prosperitatis ipsis erit omnia, Pax, gloria, thesaurus, gaudiumquæ sempernum. Accipite igitur O **FELICISSIMA PECTORA**, hæc bono vestro conquisita, & ad classes suas reducta, nec non **LITERATORUM HOMINUM** moribus expoliendis adaptata monita Theosophica, quæ si sint ad animorum vestrorum emolumentum, interpretabor me in hoc quali quali opere parando operam neutiquam perdidisse. Valete, & si fibitum est, subsequentem de prima Infelicitatis literariae origine; ejusque remedio **Dissert. legite.** **DIS-**



m magdal johannaeonius. 1725

DISSE^TRAT^IO PRÆLI-
MINARIS
DE
PRIMA INFELICI-
TATIS LITERARIÆ ORIGI-
NE, EJUSQUE OPORTUNO
REMEDIO.

I.

ANimum non semel co-
gitatio subiit, unde tantum
fortunæ erga VIROS LI-
TERATOS odium, ut à
longo seculorum decurso
tempore assidua in eos calamitatum &
miseriarum fulmina emiserit, plerosq;e
gravi egestatis subjecerit jugo, q;osdam
duriori excruciarit carcere, alios in exili-
um egerit, nonnullos injuriis innumeris
affectiones horrendæ tandem dederit inter-
necioni, adeoq;e universum ferè Orbem
eruditum tantis cladibus insigacm effe-
cerit,

A

cerit,

cerit, ut nihil ferè in eò lætabile unquam sit deprehensum. Molestem eqvidem foret, arduumq; ve nimis, omne infelicitatis literariæ excutere seminarium, atq; miscrandas maximorum etiam Ingeniorum commemorare ruinas. Non paucos ex solâ ITALIA Pierius recensuit sui de infelic. propè temporis Viros, præclaris animi do-
liter. ed. tibus, pariter ac fortunæ novercantis ludi-
Helms. briis illustres. Plures Pieriano pegmati-
doctissimus adposuit Toldius. Innume-
ros uterq; ve scriptor sive data operâ, sive
invito silentio prætermisit. Non paucos
eqvidem hoc ipsum, qvo vivimus, ævum
novit viros doctrinâ meritisq; ve in Re-
publicam literariam graves, qvi fato lugu-
bri à felicitatis throno deturbati, pro spe-
ratis eventibus prosperis, calamitates gra-
vissimas & fulminantes miseras aspexere,
& qvi (ne ullum infelicitatis genus à lite-
ratis abesset) etiam suas, sibimet invisas
projecere animas. Qvod si verò in pri-
ma deplorata, atq; ve tot illustribus docu-
mentis compertæ infelicitatis incunabu-
la, sive malorum literatos viros excenti-
um causam palmariam inquisiverimus,

quam-

quam obrem sc. tot ab Orbe condito & restituto eruditorum myriades, graves adeo tempestates subiorint, & vitæ non minus quam famæ, fluxæ felicitatis pariter ac beatæ æternitatis tristem passæ sint jacturam, ipso meridiano Sole clarius elucefct, plurimos Musarum filios culpâ non nisi propriâ tantæ miseriae barathrum incurrit, atq; ob pudendas animi sui labes irritam habuisse Nemesin, *cum* (ipso Platone enunciante,) *summæ ingenia, summis plerisque VITIS laborent.* Tanta profecte peccatorum in Orbe literato magnitudo semper fuit, tantaq; frequentia, ut concatenatâ quasi sordium atq; impuritatum serie SS. Numinis Majestatem lacerfiverint læserintq; doctorum hominum innumeri, ejusq; justitiam in temporale non minus quam sempiternum sui exitiū ac perennans supplicium provocarint.

II. Non sine curâ studioq; singulati *Johann.*
Bissellus
Vir nostrâ ætate celebris notavit præstan-
*tissimorum qvorundam, & poëtica cum*Illustr.**
primis facultate illustrium hominum mi-
*serabiles ruinas, verum iis probe perspe*Ruinæ.**
*Etis, liqido constabit, plerosq; malo suo*Dec. III,**

culpave propria extremam incurrisse calamitatem, cum in tractandis quidem ex-colendisque literarum studiis illi fuerint assidui, nullam tamen sive pietatis & Religionis, sive honestatis pudorisque haberint rationem. Si ullius unquam vi-ri Literati vita calamitosa, ipsius HOMERI fuit ferè universa, ut plane cento quidam & pannucia dici possit infelicitatis, *invidie & fortuna* (quod Pausanias conquestus est) *materies ac theatrum humana dignum commiseratione*, siquidem non solum cum extremâ paupertate semper sit conflitatus, verum luctuosissimam etiam lumine suorum jacturam subierit, ideo miser, quia *Cæcus*, & ideo miserior quia simul *semper mendicus*, ideo autem miserrimus, quod fortunæ suæ pessimæ faber ipse fuerit, ob idololatriam pariter ac impias & detestandas de divinitate assertiones etiam de gentilium quorundam sententia gravissimè punitus. Non solum inquam propterea tam miser ille extitit, quod teterimos cacodæmonas aut certe opera manuum humanarum aurum & argentum artisque inventionem **D E O S** appell-

appellaverit, cuiusmodi idololatras sapi-
 entia Salomonis *Infelices* pronunciavit;
 verum quod scripta protruserit pudendis
 execrandisque narrationibus contaminata,
 Deos induxit ac Divas inter se rixan-
 tes, pugnantes, vulnera miscentes, imo
 detestanda quæque mentis humanæ fa-
 cta cogitataque Divinitatis cuiusdam cha-
 ractere insignire non dubitarit, denique
 Stuprorum adulteriorumque Jovis enar-
 ratione plurimum jam olim documenti
 iatulerit juvenibus, qui lectis auditisque
 Deorum ac Jovis ipsis tot stupris ad paria
 ut plurimum sunt provocari, cum Cba-
 rea illo Terentiano gestientes, *DE U M* in
 hominem se convertisse, consimilemque ludum
 jam olim lusisse; fucum ab eo factum esse
 ieiuni per scelus clanculum. At Dii boni! *Se. 5.*
 quem *DE U M*? nimirum illum, qui templo
 cæli summa sonitu concutit. Is fecit hac;
 Ego non facerem hac eadem homuncio? Ta-
 lium itaque nequitiarum Dux Homerus,
 tametsi nec idola coluisse, neque cœlestia
 profanasset, meritas vel eo solum nomine
 dedit poenas, quod lectorum mentes &
 aures exempli scriptionisq; pravitate co-

Sapiens.
XIII. v.
10.

A 3 inqui-

6 DİSSERT. PRALIM. DE ORIG.
inqvinarit, ac ejusmodi divinitati affinxe-
rit scelera, qvorum imitatione plurimi in
perniciem sempiternamqve calamitatem
sunt detrusi. Et sanè qvantam Melesige-
nes ille ob pudendam in scribendo proca-
titatem, ruinam ac jaqturam adierit, ipse
Pythagoras (profanæ licet sapientiæ ma-
gister) innuere voluit, dum Homeri &
Conf.
Gene-
brard.
lib. I. in
ann. m&.
di 3186.
Hesiodi animas apud inferos ex arbore su-
spensas, ac serpentibus undiq; circumplici-
tas esse gravissimasqve ac sempiternas ex
mortu poenas lucere nescio quo revelante
dæmonem comemoravit. Et cum alii in illis
regionibus sedere Homerum tradiderint unde
negetur redditus, vel ut christiāc magis dicam-
mus, ubi conscientiæ malæ verme roduntur
impii, qvis dubitaret, illum post fata cala-
mitatem subiisse omniū gravissimā (qvæ
scil. animæ est,) ruinamq; supremum
apicem & infaustam coronidem attigisse?
Nec minus horrendum consimilis iufeli-
citatris exemplum & documentum post
Homerum, is, cuius modo meminimus,
HESIODUS dedit, qui cādōm qva Melesige-
nes patriâ exortus, cum ob inopiam &
æs alienum reliqis Jonibus & Ælide, A-
scram,

scram Boeotorum in Græcia exile oppidum commigrasset, ibi *Theogoniam* suam, seu Deorum, Dearumq; natales origines, opera diesq; ; Mulierum item Heroidum indicem, & Herculis aspida seu scutum conscripsit. Ast cum suæ in scribendo honestati neutiq; vitæ integritatem sociarit, nec recordatus sit verborum *Theogoniae* suæ q; volibet oraculo Delphi co veriorum ; *Feminam structam esse malum hominibus* ; *Malum pulcrum pro bono, dolum arduum & inexplicabilem perniciosum genus*, & *noxium valde damnum &c.* cum inqvam verborum immemor horum Hesiodus in Ctemenem Locrensem in Græcia puellam in luco qui Nemæzo Jovi sacer erat incidisset, eamq; licet non repugnantem vitiasset, tantam culpa sua incurrit fratribus puellæ Amphyphanis & Ganyctoris indignationem, ut ab illis (ad Simeonis & Levis exemplum) propter vitium sorori illatum fævientibus, in promontorio per insidias exceptus, colligatusq; de rupis editissimæ vertice præceps in mare sit datus, cadavet postea piscatoriis extractum fuscinis Loeris ter-

re mandatum. Sed & alia nobilissima
 Græciæ Latiiq; ingenia miserè qvondam,
 licet non de rupibus, collapsa tamen sunt,
 & in extremæ perditionis barathrum ma-
 jo & flagitio suo disturbata. Periit hoc
 modo Lyricorum ille princeps *Anacreon*
Tejas, vir carmine vitaq; ve[n]eri juratus,
 ac lascivus, detestabiliq; ve[n]e puerorum con-
 suetudine contaminatus, periit inquam,
 u[er]o passæ strangulatus acino, qvippe cui
 merum nimium in omni vita saepius col-
Conf. Plin. lib. *VII. c. 7.* luum ad prava detorserat. Periit non mi-
 nus miserè Lyricorum aliis *Alcman Sardi-*
ensis, ex quo nomen & origo versibus Alc-
 manii, & scatentibus è corpore vermicu-
 lis ingenii sui scriptiorumq; luit sordes,
 ab illis morsu morteq; consumtus. Fœ-
 dum quoq; interitum veluti vitæ fœdi-
 oris stipendium accepit Menander, octo-
 ginta fabularum composer, propter in-
 sanum infeminas ardorem distortissi-
 mus, tandem in Acheruntem (dum exiguo
 nataret in rivo) è populi, scenis ejus ap-
 plaudentis favoribus, ipsaq; Ptolemæo-
 rum Regum amicitia miserè delapsus. Ac
 licet non ita dignum exitio fuerit Euripi-
 dis

dis caput, à canibus tamen Archelai Macedonum Regis intempesta nocte disceptus, ingenti Athenarum luctu interiit.

Qui tantum gloriacanem aliquando futuram Hecubam esse cecinit, & canini funeralis epigramma sortituram fore, canes ipsos habuit sepulcrum, avidis eorum ventribus absorptus, potuit vel mortuus, ultima sibi sua, quam in naues alegat Hecuba verba succinere: DURA MORIENDI NECESSITAS!

*Enripi. ad finem
Tragad. que He-
oubain-
scribitur.*

Qvam etiam experti olim sunt Comici inanis gloriae vento agitati, utpote Philistio Nicæus, Socratis æqualis, qvem futile gaudium è victoria theatricorum adversus æmulos successuum conceptum extinxit, ut & Philippides, qvem infrænis ob reportatam publici plausus palmam lætitia suffocavit. Nec eos, qvi alienis in clibus humanam ostenderunt misericordiam, domestica calamitas præterivit, veluti Sophoclem, bolo cibi obstrangulatum, Æschylum, jactu silicis interemptum, dum pro mœnibus urbis Siculæ inambularet; Oppianum Cilicem, pestilenti carbone suffocatum, Aristonem fame ab Atheniensibus necatum, qvod satyricè nimis mores corum

A 5

per-

perstrinxisset; *Terentium Afrum*, interitu spontaneo obmersas naufragio cunctum & octo fabulas suas è medio sublatum; *Titum Lucretium Carum*, tanto furore agitatum, ut ipse quoque manum à librorum suorum lima semotam sibi ad moverit, fatalem in gladium incumbens.

Biss. l.c. *Ejus cruentem desperatum pollinctor, carminum verò residuam maculam, spongia ferrari Ciceroniana revisionis absterrisse.* Omnum autem teterimum fuit Empedoclis Agrigentini exitium, quoniam scelestissimo sacrilegæ gloriæ venatu quæsitum fuit & consummatum. Nam intempesta se nocte demens ille stolidusque literator in ardentiissimam Ætnæ montis voraginem dejecit, ut cum postridiè comparec desisset, à Siculis erederetur ad DEOS translatus DEUS, sed repulsa regestaque medio decidentis lapsu vi flammarum, una de crepidis ferreis, & Empedoclis fuisse deprehensa, conjectura mota fuit spequantibus: *In qualem cælum novus hic DEUS abiisset? Loquebantur vestigia iter.*

Vid.
Lactant.
lib. III.
de falsa
Sapiens. *III. Longum eqvidē foret commemorare singulos sive veteris sive recentioris ævi custo-*

tuftodes literatos, qui vel à fatuis umbras
 tilis gloriola igniculis decepti, vel aliis vi-
 torum pravorumque affectuum turbini-
 bus abrepti, adeoque nonnisi sua culpâ à
 summæ prosperitatis sede deturbati, ex-
 tremam subierunt infelicitatem. Quid
 præstantes doctrinâ literisq; viri (in o-
 peris nostri decursu notandi) Patrum a-
 vorumq; nostrorum memoria vitam mis-
 serè peractam exitu æque lugubri obfi-
 gnarunt! Quid Mūsarum antistites in-
 solentissimo suo supercilio, & inusitata au-
 dacia priscos, atque dampnificis umbrarum
 gentilium tenebris obnuuptos Philosophos
 supergressi, in perpetui exitii pectus in-
 ciderunt! Stupendum sumeq; horrer-
 dum ejusmodi infelicitatis literariz ex-
 emplum præbuit Antonius Urcens, qui
 postea Codri cognomen assumuit, Gram-
 ticorum avo suō(nimirum) seculo decimo
 quinto ad finem vergente doctissimus, qui
 cum teste Barth: Bonon. inejus vita, Fo-
 rolii habitans cubiculum sortitus esset
 in penitiore palatii parte adeò tenebrico-
 sum, ut vel de die beneficio lucernæ indi-
 geret, eamque per imprudentiam (nego-
 tiorum

Bon.
Bon. in
vita Co-
dri.

tiorum gratia in forum egressus) inextinctam reliqvisset, accidit ut ignis chartarum fomento coalitus, omnia ejus consumserit parata prælo opera, clademque intulerit viri Museo (in cuius sublimiori parte antea memorabile hoc epigramma cælaverat : *Studia lucernam videntia bene olen,*) planè irreparabilem. Sic itaqve cum omnia ejus periissent monumenta, (qvæ inter præcipuum locum habuit liber, qvem *Pastoris* titulo composuerat,) Codrus veluti furore concitus, ad regiam usqve præcipiti gradu ire perrexit, proqve cubiculi foribus astans, animi impotentissimi horrendum hoc dedit documentum: *Quodnam ego, dicebat, tantum scelus concepi Christe, quem ego tuorum unquam lasi, ut ita inexplicabili in me odio debaccheris;* *Audie ea* (pergebat ad qvoddam conversus simulachrum) *que Tibi mentis compos & ex animo dicam.* *Si forte cum ad ultimum vita finem pervenero supplex accedam ad Te opem oratum, neque audias neve inter tuos accipias oro, cum infernis diis in eternum vitam agere decrevi.* *Ac licet adstantes insanientis Codri furorem lenire sint conati, surdo tamen narrat-*

narravere fabulam, oleumqve consumere & operam. Adeò insuper ira & indignatio hominem oppresserat, ut extra portam urbis egressus, amentiae frenos non ante imposuerit, qvam in vastum se se nemus proripuisset, ingentiqve cum molestia ibi totos dies transegisset. Sed ultimâ tandem aliquando appropinquantे horâ miser ille oculis ac manibus ad cœlum sublatis ; *Qui cœlum incolis (exclamavit) fer quæso opem peccatori, noli me, qui tuum in sinum configio supplicem regere. Si unquam peccantem hominem voti reum fecisti, sic mihi extrema oranti dextram ab alto porrugas oro.* Ad hunc verò mcdum se animamqve suam DEO commendans, qvendam conspexit ingentis staturæ virum, capite raso, barbâ ad terram usqve promissa, ardentibus oculis, facies utraqve gestantem manu, ac toto corpore tremebundum, qvo viso in hæc à pavore dictata verba erupit : *Quis nam tu es, qui solus furial habitu ea noctis parte, quâ mortales somno premuntur deambulas, nolis ad me qui DEI amicus sum infectus accedere, effare quid quaras, quo ire pergas?*

Hæc

Hæc cum dixisset, è strato prosiluit, quasi illum in se irruentem vitaturus. Ultrum extremum hoc evascerit periculum, & post tantam tempestatem in perpetuæ felicitatis portum sit delatus, dicere non habemus, nisi quod extremi ejus ad discipulos sermones, ex charitatis debitæ lege meliora quæque de eo sperare nos jubeant. Nihil aliud (ajebat) vobis mando, nisi ut DEUM in primis colatis, vitam perficiendo bonam usque ad senectutis limen, quod si feceritis invenietis verissimum esse illud Furii Camilli Dictatoris: Omnia prospere advenisse deuina sequentibus Numinis, adversa spernentes. Mementote diebus singulis mortales vos esse, hanc humanam vitam nihil omnino arbitrantes. Qvicquid verò de Ureco (ad salutem quod attinet sempiternam) sit statuendum, ex insigniis cuiusdam Theologi indicio constat, secundo & quadragessimo ævi currentis anno illustrem doctrinam & literis hominem, cuius ubique celebrantur monumenta, varioqve extant idiomate, paulò ante suum ex hac vita abominandæ desperationis subiisse aitam, inqve istas extremitate amentias voces

May-
fre. So-
dm. in-
fru. lib.
1 cap. 2.

ces erupisse : Peccatum (ehu !) in Spiritum
*Sanctum commisi, nulla prorsus mihi venia
consequenda spes. Demones mox miserant
auferent animam, atq; sempiterna eam da-
bunt intermissione ! At q; ut liquidò vobis (i-
ta circumstantes sanioraque consilia sug-
gerentes viros Theologos est allocutus,) con-
stet me ad tartaram mox descensurum, ex-
denuncio, jamjam fatalem imminere horam,
hos ipso momento mihi ex vita esse exceden-
dum, atq; degendum cum demonibus. Di-
Quum factum, mox enim infelicissimam
ille efflavit animam, cruciatibus sempiter-
nis affligendam. An non melius illi fu-
isset omni fama caruisse, quam cum ma-
gna misere adeò æternumque periisse ?*

IV. Nec minus constat literatos alios,
sub postremam vitæ lineam tantum non in-
furias versos fuisse, rerum tandem ac re-
mediorum omnium extores, intestinis
corporis cruciatibus eò redactos fuisse
turbationis, ut sive forficiis, sive cujuscun-
que ferramenti tumultuario ministerio
dissecto sibi ventre, viscera pariter ac ani-
mam effuderint, omniumque post fata
execrationi expositi fuerint, qui vivi nul-
lum

Jo. Pier.
er. Valer.
lib. 1. de
infelie.
liter.

P. 78.

lum sive in dicendo sive in scribendo pudorem præstulere. *Gravissimum est* (scite ait Pierius) *in exilio & egestate laborans* (literatum scil.) *morro etiam absumi*. *Miserrimum longa alicuius valetudinis in-* *commodo cruciari, infelicissimum trucidari;* *sed eorum ego sortem omnium teterrimam &* *etrum nosissimam existimo, qui se tam mife-* *rois judicarunt, ut sponte sibimet injicerent* manus. *Sic Demosthenes, sic Cato, sic apud ve-* *teres clari pleriq. Viri vitam finire, quod il-* *lis tamen vel laudi, vel saluti attributum* *est, & fortiter periisse dicti; nobis qvis san-* *ctius instituti sumus, nihil ag perniciosum* *existimatur.* Atque hanc ipsam pudendam *autoxagias* luem tantoperè in Italia *qvo suo viguisse idem Pierius notavit, ut* Florentia solùm T R E s insignis doctrinæ *elogio conspicui viri tali percussi insanis* *semetipos suffocarint.* *Laurentius* vide- *licet Laurentianus, qvo non elegantior* *qvisqvam Philosophiæ studia à Ciceronia-* *nis temporibus ad hæc usqve secula sit in-* *terpretatus; Petrus Leon, artis medicæ* *peritissimus, literisqve pollicioribus non* *mediocriter excultus, variarumqve re-* *eum*

rum cognitione nobilis; & *Johannes Baptista Albinus*, legum exquisita peritiâ illustris; hanc inquam infeliciſſimorum literatorum trigam sponte sua in altissimos aquæ puteos defiliisse, adeoque miserrimo mortis genere periisse laudatus Pierius commemoravit. Nec præter rem hoc loco ad animum nobis revocamus funestum illum casum, infeliciſſimumque ex hac vita exitum, quem sortitus est ille Poëtarum & Comicorum ævo superiori decantatissimus *Nicodemus Frischlinus*. Postquā is ob neglectum inscribendo dicendoq; pudorē obligatis oculis Uracum (perverustam Ducis Würtenbergici arcem) traductus, arctioriq; mandato esset custodiæ, fruſtraq; precibus multis flagitasset liberationem, tanto furore est agitatus, ut cum extremo etiam vitæ periculo fuga ſibi consulere carceresque evadere ſit conatus. Parato enim ex conscientia *Conf.* ſis tinterminibus, lodicibus ac mantilibus *Melch.* fune, cum conclave ipsum undiq; eſſet clauſum per fornacem ferream effractam crepſit, *Adams.* & funem ligno transverso in fenestra mu- *yit. Phil.* ri ubi omnium altissimum erat precipitum *los. Germ.* p. 265,

*alligavit, deceptus à luna sublustrī, sed mox
desertus ab illo adminiculo, in petram ex al-
to muro, de petra in aliam petram, de hāc
in arbusta, præcipitavit, (singula interval-
la singulis domibus editioribus fuerant al-
tiora,) sicq; horrenda brachiorum, manus-
um, costarum, capitis, pedum confractione fa-
cta, miserrima morte, calamitatibus, qui-
busa diu premebatur infelicissimum colopho-
num imposuit. Licet verò successu felici-
ori è vinculis suis ætate nostra elapsus sit*

*Erythr. Thomas ille Campanella, postquam & ipse
Pinacoth. durissimi carceris per quinque & viginti
i. p. 430. annos poenam onanibus confectus miseri-
is pertulisset, quæstio tamen de eo quinq;
& trigesita horis dirè ac crudeliter habita
tanta ei attulit tormenta, ut ex venarum
arteriarumq; immani diffractione gra-
vissimam subierit calamitatem. Nec
talium ingeniorum deessent exempla, ex
quibus clarissimè constaret sæpe literatos
ex hoc, unde ad tempus floruere, tandem
exaruisse, ex quo resplenduere, ex co-
dem miserè periisse, post impensos labo-
res usque ad sudorem, post evolutos scri-
ptores usque ad pallorem, post exhaustas*

omnes

Omnes animi & corporis vires nil nisi urbanam pulveris, ipsamque (speratae gloriae loco) infamiam perpetuam lucratos fuissent, adeoque palmarios exitii sui architec-
tos extitisse. Sæpè ingratissimus carna-
lium literatorum grec, DEI ejusque be-
neficiorum omnino immemor, pertinaci
ad eò affectu in profunda animi cœcitate
cervicibus usque ad eò duris perseveravit,
ut diabolice illius tyrannidis fræna excu-
tere, svariique CHRISTI jugo collum
subdere nulla prorsus ratione voluerit.
Quidam politioris literaturæ principes,
nullam priscis Oratoribus latinis in Ro-
manâ facundia, nullam in lepore Græcis
reliquistent prærogativam, nisi tantæ e-
loquentiæ flumen paulatim in viriorum
pañudes abire permisissent, turpiter inge-
niti doctrinæque suæ inquinassent dignita-
tem, atque nimio sese inutiliisque studio
macerantes, cum Musis vires, spiritus, vi-
tam denique & ipsam animam decoxis-
sent.

V. Et sanè si quis tumultuosum lit-
eratorum quorundam consideret geni-
us, easrum multiplicium processus.

horrendos eruditarum mentium motus, invidiâ, æmulationeque urgente concitatos; si quis infinitarum molestiarum (doctos prementiū) seriem sibi ob oculos ponat, denique spei ac metus, voluptatis atque doloris pugnantem semper apud illos distractamq; naturam diligenter animadvertisat, mirabitur maxime, qui fieri possit, ut ab uno eodemque eruditissimi hominis animo foetus sæpè extiterint genere adeò discrepantes, indole adeò varii, solūmodò in parentis sui cruciatus angores atq; miseras jugiter consentientes. Quod cum vidisset in Platonis Phædone Socrates, nullaque satis idonea ratio suppeteret, nescio quo fabulatorē advocato, innocentissimum Numen duxit inculpandum, quippe quod pugnantes tantoperè in animo hominis eruditissimi concitè affectus, mentes distrahat, atque ita divellat, ut eos dissidio in diem magis ac magis recrudescente, infelicissimus ex solo animo ille efficiatur, quâ ipsa calamitate nihil funestius fingi possit aut excogitari, cum unus idemque animus tunc area bellantibus fit, & præmium belli, & victori præda, & victo

viēto sepulchrum. At vērō si sapientissimo Ebræorum Platoni, Philoni scilicet, de Hominis (docti cūprimis) infelicitate differenti auscultemus, liquidò constabit omnium ærumnarum, quæ pro miserâ allegoriæ & inconstanti vitæ hujus conditione obtingant causam atque rationem non nisi ex ipsiusmet malè affecto, atque huc & illuc disjecto animo esse derivandam. Nimirum cum prava cupiditas cereum animum violenter adorta, in eodem turpes quasdam imagines relinquat impressas, mirum non est, quod miser ejusmodi ac verè calamitosus literatus, affectuum suorum tyrannide de tranquillo statu turbatus, nullisque non male mentis furoribus agitatus, mox impotenter irascens, mox perditè concupiscens, mox desperatè metuens, extremam tandem incurrat perditionem. Ut proin benc dixerit D.

Augustinus, amicuiq; (etiam literato) suum cupiditatem gravissimam esse tempestas. Serm. XIII. de verbis Domini. Johann. Chrysostomus sapientissime pronunciarit, N E M I N E M (etiam in docto- sum costu) LÆDI NISI A SEMET I-

PSO. *Indubitata (ait ille) sententia tenere debemus, quod si quis luditur, à semetipso luditur, nec ab ullo alio, etiam si sint innumeris qui noceant. Es si omnes qui terram & mare habitant, conveniant ad ludendum, nocere nequaquam poterunt ei, qui à V. fol. semetipso non luditur. Verum ego & amplius adhuc quid assignare tentabo, QUOD ILLI SOLI LÆDANTUR, QUI LÆDUNT, & nulli alii noceat noxa, quam ceteris inferunt, nisi ipsis qui inferunt. Haud abs re Veteres animum humanum ~~Æolie~~ (quæ patria ventorum est) nomine designarunt, ex quâ scilicet erumpentes variarum perturbationum venti, fluctus & procellas horrificas suscitent, omnemque tranquillitatem in tempestatem & chemonissimam commutent. Et quemadmodum ex innumerabili ventorum multitudine quatuor præcipue feliguntur, qui ex adversis Mundi cardinibus nominantur **CARDINALES**; ita præ ceteris animi male dispositi affectionibus, quedam tanquam præcipue notantur à sapientibus, quarum vel permissione vel consilio totius eruditissimam hominis animus con-*

concuti soleat, nimirum ut Seneca Tragoedus scitè non minus quam notanter ait:

*Variamq; nunc buc IRA nunc illuc AMOR Seneca
Dedicit, anceps estuu intercam rapit in Me-
lls seva rapidi bella cum venti gerunt dea,
Ucrinq; fluctus maria discordes agunt
Dubiumq; pelagum servet, haud aliter meum
Cor fluctuantur, Ira piatas fugas
Iramq; Pietas.*

Haud aliter inquam impotentes illi motus suorum malorum alluvione animos nobiores doctrinâque varia excutios ita inundant, ut continuis ii intemperiis agitantur, vel efferantur gaudio, fastuquo, vel metu deprimantur, vel inflamentur iracundiâ, vel invidiâ contabescant, vel denique omni furiarum aut furorum incursu divalentur.

VI. Singularem sanè observationem emerentur, quæ famigeratissimus Anglorum Regis Cancellarius Franciscus Baco Verulamius de præcipuis literariæ infelicitatis causis (ipsorummet scil. eruditorum flagitiis) alicubi tradidit, præclarè ostendens, omnium gravissimum literatorum de argu-

hominum errorem in deviatione ab ultimo doctrinarum fine consistere. Appentunt enim [inquit] homines scientiam alii ex insita curiositate & irrequieeta, alii animi causa; & delectationis, alii existimationis gratia; alii contentionis ergo, atq[ue] ut in differendo superiores sint; plenig[ue] propriæ lucrum & victum: Paucissimi ut dominum rationis divinitus datum in usu humani generis impendant. Planè quasi in doctrina queretur lectulus, in quo tumultuans ingenium & astutans requiesceret: aut xystus five porosus, in quo animus deambularet liber & vagos; aut Turris alta & edita, de qua mens ambitiosa & superba despectaret, aut arx & propugnaculum ad contentiones & prelia; aut officina ad questum & mercatum: Et non potius locuples armarium & gazo-phylacium ad opificis rerum omnium gloriam & usitabu[m] humana subsidium. Hoc enim illud est, quod vera doctrinam & artes condecoraret, & attolleret, si CONTEMPLATIO ET ACTIO arctiore quam adhuc vinculo copularentur, qua certè conjunctio talis foret, qualis est supremorum duorum planetarum syzygia, cum Saturnus quietis & contemplationis Dux cum Jove Duce Societas agendis conspirat. Quanquam cum de praxi & actione loquor, nullo modo ad doctrinam professoriam & lucrosam innuo. Neq[ue] enim me fugit, quantoperè hoc ipsum progressionem doctrine & amplificationem moretur. Perinde quidem, ut aureum manu[m] ante oculos et calante projectum, quod ut sol-

lat

lat dū flectit se, cursus interea impeditur. -- Sed quē admodum cœlum & terrā simul conspirant, & consentiunt ad h̄ominum tuendam vitam atq; juvandam, ita sanè hic finis debet Philosophie, ut rejetis vanis Speculationib; & quicquid inane ac sterile est, conservetur quicquid solidum est ac fructuosum ; ut hoc pæsto Scientia non sit tanquam scorbutum ad voluptatem, aut tanquam ancilla ad quaestum, sed tanquam Sponsa ad generationem fructum atq; solatum honestum. Hactenus sapientissimus Baco, qui pro insigni mentis suæ acumine probe deprehendit, horrendam illam (quā literatorum plurimi tenentur) tyrannidem non aliunde originem trahere, quam ex putido illo malorum omnium fonte, omnigenzque virtutis pessimo hoste, PHILAUTIA scilicet, seu præpostero & damnifico amore sui, cuius imperio obsequentes literatorum plurimi, nihil in actionibus suis quærunt præter commoda, honores, divitias laudesque proprias ; ast spe suā frustrati, & ab adversariis cum infamia dejecti, vix aliquam inveniunt requiem, sed mente modoque incondito circumagitantur, continuisque iracundia motibus turbantur, donec perpetuæ tradantur perditioni. Nihil equi-

B 5 dem

dem virtutibus pariter ac emolumenis huius
teratorum hominum magis adversatur,
nihil graviores in animis ipsorum conci-
eat tempestates, vitiorumque omnigeno-
rum peccantiora spargit semina, quam
AMOR PROPRIUS, quippe quo non min-
us ad illicita querenda appetendaq; ma-
ximo ardore illi impelluntur, quam a san-
ctoribus alienantur institutis, cumque
DEUS veller mentes ejusmodi præcelen-
tiores ab humilibus vitaæ hujus rebus tol-
lere ad coelestia, ipsæ tamen totæ hærent,
philautiæ glutino detentæ, haudquaquam
pravas suas cupiditates abjicientes, aut pe-
nitifera vitiorum eradicantes zizania, sed
potius cumulatissimè cuncta carnis desir-
deria adimplentes. Quid quod fallaci i-
sto & claudicante charitatis propriæ pede
omnia metientes, de proximo suo haud
aliter sint solliciti, quam ut sibi cum sub-
jiciant, & ad sua duntaxat commoda ille
ejusq; rebus pro animi libidine tanquam
propriis bonis utantur. Tantas scilicet
tamque altas nefandus ille SUI AMOR
in plerisque egit radices, ut mutuæ dile-
ctionis, atque charitatis proximo debita
nul.

nullam prorsus habere velit rationem.
Nec mirum adeò, quod ex putidissimo illo, factorisque avernalis pleno puto, impetu quodam maximo proruat imensa illa peccatorum sive vitiorum contumies, quæ torrentis instar rapidissimi huc usq; tantum non universum Orbem eruditum inundavit, & ceu pelagus procellis fluctibusque exæstuans, ingenia etiam nobilissima occupavit, submersit atque suffocavit. Impedit quippe pestilens ille amor sui & propensio ad propria intellectum, ne vita melioris documenta homo alioquin dechissimus percipiat, vocantisq; Domini nutibus atque monitis respondeat, quin potius in transgressionibus ac prævaricationibus suis vivere perget, se suaque continenter anquifens, omnia percepens, percurrentes, & perlustrans, ut reperiatur quæ sibi grata, sibi conamoda, sibi jucunda appareant, eaque ut consequatur, totis laboret viribus, et si D E U S id quod agit, sapissime nolit, nec ipsi ea que habet dona ex gratiâ largiatur, siquidem voluntas, amor & gloria ejus ipsi in omnibus obseruant, utque de perpetua etiam e-
jus

ius salute actum omnino videatur. Cupiditas enim illa præposterusque sui amoris humanæ tenebras ita sæpè condensat & quasi consipiat, ut semetipsos neutquam cognoscant excoccati mortales, de miserrimo suo statu nec quicquam suspicari, imò ne centesimam quidem desperatae suæ miseriæ partem vel imaginando assequi valeant, nec frequenter solùm facileque labantur, verum quod vitium reverà est, virtuti sunamæ adscribere minimè dubitent. Hoc ipsum probè considerans Magnus ille Basilius, vitiorum portas, contiguas dixit virtutum aditui, tantamque esse virtutibus ac vitiis cognationem judicavit, ut ægrè internoscantur, & vitium sæpè specie & umbra virtutis imponeat incautioribus. En verba notatu dignissima ! Proxima & veluti contiguae januæ Gentiles quoq; ajunt vicia esse virtutibus. Qualibet virtutis janua, simillima in vicia ferentem utrinq; speciem aperit, ut qui ad virtutem ingredi nititur, ejus primum janua assistens, dum hanc se pulsare arbitratur, apertâ sibi hinc aut inde, alterâ ex vitiorum januâ, deceptu maximâ similitudi-

Basil.
M. lib.
de verâ
virgini-
tate.
Conf. de
ead. vir-
tute. &
vitior.
cognati-

ne

ne ingrediatur veluti virtutis domum ; dein
 de cunctis ejus errorem irridentibus, ipse quo-
 ne & tempore & experimento commonitus, in Orac.
 discat, non solum ab eâ se virtute, cuius ali-
 quando januam pulsare videbatur esse remo-
 tissimum ; verum ne limina quidem ejus un-
 quam attigisse, neq; ipsi janua, ut prius vi-
 debatur, adstitisse saltem aut pulsasse. Au-
 diamus & Senecam de eâdem virtutum ronim.
 vitiorumque cognatione egregie differen- Dial.ad-
 tem : Mala interdum speciem honesti obtu- versus
 lerunt, & optimum ex contrarioribus sunt Lucifer.
 enim, ut scis, virtutibus vicia confinia, &
 perditus quoq; ac turpibus rectisimilitudo est, & Dial.
 sic mentitur prodigus liberalis. Sic Seneca
 literatus sui amans, superbus, ambitiosus, Ep.CXX.
 fatuosque umbratilis gloriolæ igniculos
 insectans mentitur virum strenuum, ge-
 nerosum, indefessum publicisque inten-
 tum emolumentis ; Iracundus verò litigiosus,
 maledicus, rigidus injuriarum ul-
 tor, aut aliter vitiosus Doctor, hominis
 cordati, severi, atque singulari spiritus li-
 bertate prædicti præ se fert imaginem, licet
 omni sincerae virtutis ornatu destitutus, &
 i splendida illâ munitione arce lon-
 gis-

gissimè sit remotus, cuius aliquando januam (ut Basilius modo dixit) pulsasse videbatur. Ingerit quippe scse eruditio etiam pectori vitiositas, non janua recepta, sed pseudothyro intromissa, ac sicuti latens prædator per occultos tramites ambulans, omnesque humani pectoris latebras ita perscrutans, ut his inquinatis, & inde virtute explosa tandem ibi regnum possideat, totumque hominem literatum suo agitat arbitratu. Et cum prava isthæc vitiositas dotem illam coelestem, virtutem nimirum solidam exturbet, miser ille veluti viribus cunctis destitutus, jacet emortuus, ejusque cor corruptio adeò enormis permeat intimèque penetrat, ut gravissima inde *Animi* ægritudo extremaq; infirmitas infaustam suam trahat originem.

VII. Sicuti ad cujusvis hominis constitutionem duo quedam admirabili conjunctione consentiant, C O R P U S nimirum atque A N I M U S, in quorum nexu DEI potius quam naturæ manu vite totius ratio est posita ; ita vix graviorem LITERATUS incurrere posset calamitas, quam si utробique, corpore atque anime

animo miser reddatur. Jam verò nemo
est qui nesciat, quod quantisque eruditio-
rum hominum corpora exposita sint peri-
culis atque agritudinibus; siquidem non
unus, non duo, non decem morbi tantum
doctis insidientur, multi eorum assidue
meditando, legendo, scribendo, totumq;
vitæ tempus studiis ac lucubrationibus
terendo robur suū ita exhaustant, ut non
pallescant solum, verùm malo *hypochondrie-*
co morbisq; aliis miserè tandem con-
tabescant, nec tam labefactando corpus,
quam planè absumendo funditusq; de-
struendo vitam suam conterant atque
pessimarent. Non multum aberravit e-
leganti sua allusione ille, qui M I N E R-
V A M diq;am, quod M I N U A T N E R-
V O S, seu vires ac spiritus callide exi-
stimavit. Alius non minus ingeniosè
enunciavit, literatos, chartas (sive li-
bros) assiduâ versantes manu, in viros
tandem *chartaceos* h. c. infirmos atque va-
letudinarios evadere, & tam diu literarum
in vigilare studiis, donec corpus cacochy-
micum cachecticumq; tandem istius di-
ligentia merces existat. Placet de hac i-
psa eruditorum hominum miseria & ca-
lamij-

D. G.
Francus,
in diff. de
studio-
rum no-
xâ, p. 7.

lamitate (ut ita dicamus) corporali quen-
dam audire Medicorum filium, in rem
nostram præclarè differentem ad h. m.,
*Antiqui artis nostri Conditores sapientissi-
mi admodum bene in sanguine animalis vi-
ram consistere arbitratis sunt, quos felicius se-
quuntur interpretantur q̄ recentiores. San-
guis etenim à primordio insitus per nova ali-
menta ore assumta in ventriculo concocta, se-
parata in intestinis, & specie chyli per venas
tactens ad cavam venam delata, sanguiniq̄
venoso ob perennem circulationem à partibus
versus cor redeunti admista, inibi beneficio
pulsus ita incorporantur, & ut cum Plautina
loquar Musa, incordiantur, ut calore ζυμώσει,
mitione, motu atq̄ repetita coctione natu-
ram sanguinis plane induant, & ita ceu no-
vus sanguis per arterias promiscuè ad omnes
partes propellantur, qui quum aliquoties cor-
dis repeatat focum, perfectior fieri nunquam
non potest, atq̄ spiritibus locupletior. Hinc
& novo apud Medicos venit nomine, voca-
turq̄ SPIRITUS VITALIS, hic verò nihil
diud est, quam sanguis subtilissimus, atque
quantum fieri potuit, enucleatè elaboratus. --
Cum verò LITERATI à teneris vitam vi-
vant*

vant sedentariam, sanguis verò capias vitium, sicut

- - - ni moveantur aquæ :

Rursus cum iisdem studiis, lucubrationibus
vigiliisq; atq; multis cogitationibus pluri-
mum spirituum animalium absumans, qui de-
in in lympham seu aquam resolvuntur, non e-
rit mirum, si massa sanguinea primo vitali-
bus dein animalibus privetur spiritibus. De-
fectum istum spirituum necessario inseguitur
lymphæ copia, que si reliquo accedat sanguinis
jam dum valde pauperi ac consumto, eundem
facit catarrhis ichoribusq; abundissimum,
nutritioni functionibusq; reliquis ineptum,
ut taceamus dein cessare, vel ad minimum tar-
diorem fieri aut depravatam χυλοποίησιν, &
ita in herba quasi perire corporis actionumque
nostrarum integratam atque refectionem.
Inde infausto sidere largissima messis omnia
penè morborum propulluntur, quia totius san-
tatis fundamentum evertitur, alimentum
que depravatur. Hinc & partium tenor, ro-
bur, usus, & ut paucis multa; omnia vel im-
minuntur, vel depravantur, vel cessant pla-
nè. Adeò nocent studia! - - Esto verò
chylus crassior distribuatur, perveniasque ad

C

cor

car, vitium tamen prima concoctionis vix corrigetur in secunda, minus in tertia. Quare crudior, crassior, magisque feculentus sanguis ad partes ubi pervenit, sive exundo in arteriis, sive redeundo in venis minimis, facilis parat atque patrat obstructiones, inde dolores variis, capitis, dentium, aliarumque partium, nutritio impedita, tabitudo maximus que mali monstrosi atque πολυμόρφα dicta HYPOCHONDRIACI atque scorbuticæ formæ. Ut silentii peplo involvam alias mesenteriis, pancreatis, folliculi fellis, (unde eterus) hepatis, lienis (undescirrhi) renum & vesica (unde calculi,) ceterarumq; partium obstructions; Inde calor quasi reverberatur, uti Chymici loqui amant, fiunt q; subitanei calores. Calore insuper p n. aucto non possunt non exoriri varia febres, hecœca, tertiana atq; ardentes, cordisque palpitationes & anxietates. Adeò nocent studia! - Nec minus inflammations & turbations nesciuntur in variis corporis partibus, ut in capite eiusque partibus, e. g. phrenitis, melancholia, mania, vertigo, noctambulatio, insomnia horrenda, pavores: in collo angina, lingua asperitas, in ventriculo sitis immodica; in tho-

racē

ce pleuritis, peripneumonia, & que sapissima est, phtisis pulmonumque exulceratio, hancque presso pede sequens tabes atque atrophia. Adeò nocent studia! Quandoquidem igitur misera satis sit Literatorum (ad corpus quod attinet) conditio, multò tamen miserabilior atque perniciosior sàpè est eorum quoad ANIMUM habetudo, si nimirum modo his modo illis depravatae mentis tempestatibus infestentur, si Animi sui compositionem pestilenti VITIORUM atque perturbationum summè noxiarum astu agitari, abripi atque absorberi patientur; Si Virtus sanguinis perniciosa contrabant corruptionem, ac verè Vitalis illius Spiritus (Sancti videlicet, corda piorum recreantis, impiorum verò deserentis,) summè miserabilem subeant jacturam. Hinc piarum meditationum cogitationumque veluti animalium spirituum suffocatio, hinc cervicosa animi durities; Venarum (pietatis) lactearum obstrunctiones, febres vitiorum hectica, inflationes (ex fastu) frequentiores, suis (honorum & dignitatum) immodica, calores cum primis subitanei, inflammations (ad i-

ram, odium, contentionem) continuæ, *hi-*
gna (maledicæ) asperitas, *angina* (argen-
tariæ videlicet, ex infrunito nummorū ap-
petitu progenitæ) horribile tormentum,
atrocissimæ cordis vitiosi palpitationes,
livoris nefarii verè *phtisica* maligni-
tas, pectorum pulmonumq; (ex præpo-
stero vindictæ studio) exulceratio, hancq;
presso pede sequens tabes atque atrophia
sempiterna. Sint licet gravissimæ passi-
ones literatorum HYPOCHONDRIA-
CÆ, (quas haud inscitè nonnemo colle-
gium ac synodum quandam morborum
literatos divexantium nuncupavit,) adeò
ut ineffabilis hinc corpori nostrō pernici-
es succrescat, & latens illa perpetuaq; vi-
scerum exustio miseriam , afflictionem,
imbecillitatem ac corruptionem summè
noxiam concitet ; multò tamen graviora
damna atque incommoda , extremæque
infelicitatis fomitem ex mylico illo li-
teratorum MALO HYPOCHONDRI-
ACO (inveterata scil. sæpèque incorrigibi-
li delinquendi assuetudine) contrahunt
ANIMI, cum gravi illo laborantes ma-
lo semper vivant afflittiissimi , eorum-
que

rumque restitutio spiritualis perpetim ambigua dubiaque esse videatur. Non insitata classicis quibusdam authoribus est phrasis, qvâ MALUM FACERE innuitur de seditiosis rebellibusque mortalibus, qui præcepta legum violant, & publicam turbant tranquillitatem. Idem profecto præstant hypochondriacorum illorum, siue vitiosorum literatorum viscera & persona, malum utique isto faciunt sensu; Mesenterium etenim ipsis (pariter ac hypochondriacis) est rebelle, licet non absq; calamitosa molestia seditiosus, reliquæ tandem partes naturæ legumque præscripta cancellosque pessimè transgrediuntur, donec non corporis modo, sed animæ etiam extrema pernicies subsequatur.

IIX. Utinam male adeò affecti, tantisque cruciatibus expositi, æternumque (si curari nolint) exponendi literati, quod huc pertinet saperent ac intelligerent, prævidentes pariter ac sollicitè præcaventes novissima ! Utinam saluti animarum suarum perpetuæ non minus consularent quam optatæ Corporum (flexa tamen fallaciq;) incolumentati, ne c

ea quæ ad salubritatem faciunt remedia respuerent. Quo rectius pernovere morbum suum; eò propiores erunt medelæ si- ve curationi. Ad quam (utut difficilis val- dè propter symptomatum congeriem ea sit,) curâ singulari aptabunt omnia, quæ veterum pariter ac recentiorum Hiero-sophiæ trorum pharmacopolia suppeditant. Et cum haud sufficiat, ut quam gra- ves acutosque dolores afferat ægritudo in- telligatur, si nulla medendi observetur ra- tio; hinc non pestifera solùm vitorum (animos infestantiū) seminaria à literatis, de restituitione sua sollicitis sunt excutien- da, verum damna ipsa oportunis præver- tenda remediis, donec divinâ opitulante gratia pristinæ restituantur integritati, at- que *Literatorum* (si non è corporis, saltim ex ANI MI constitutione) verè felicium clogio gaudere possint. Utut male affecta ad vitæ usque terminum circumgestent corpora, nihil tamen inde perpetuæ eo- rum decedet prosperitati, si nobilissimi in- caduca corporis casulâ diversantis hospi- tis, ANIMI videlicet justam habuerint ra- tionem. Si lecto semper teneantur affi-

xi, faciant ne teneatur simul animus, tam longè aberunt à sensu dolorum præsentium, quam longè animus à corpore abscedet. Tugurioli istius (quod circumferimus) coagmentatio vel calore vel frigore, vel alia quapiam vehementi impulsione labefactetur & frangatur, infinitæque arietudines occupatas à se corporis partes vehementer exerceant ; quid tum dummodo Animus gravissimis illis vitiorum careat miseriis, funestisque cupiditatum & perturbationum angoribus liberatus instar heliotropii cuiusdam ad Solem h. c. Deum ipsum obvertatur, originisque suæ memor eò tendat continuè. *VIRTUS* (ut præclarè Seneca) tantum bonum est, ut istas accresciones minutæ non sentiat, brevitatem a. Epist. 92. di & dolorem, & CÖRPORUM varias offid. Epist. fensiones. Illud est (scribit idem notanter alibi) quod imperitos in vexatione corporis male habet : Non affliverunt animo esse contenti. Multum illus cum corpore fuit, id d vir magnus ac prudens animum deducit à corpore, & multum cum meliore & divinâ parte versatur ; cum hac querula & fragili quantum necesse est. Innuit quippe (nonne-

Dan:
Bart. in
charact.
lit. part.
I. p. 73.

mine observante) Seneca, circino similem
esse sapientem (h. e. felicem literatum,)
qui defixo in centrum pede uno, proprius
longius circulos circa illud describat ; do-
cetq; sapientem ejusmodi virum tanto la-
tius frontem explicare, quanto immanni-
us dolor incrudescat. Ersi verò vera lite-
rati hominis felicitas neutiquam omnem
extingyat humanitatem, absolutumque a-
deò sibi cum priscis illis philosophis sumat
in omnes affectus animique perturbatio-
nes imperium ; sollicitè ramen cuilibet piè
literato cavendum, ne tempestatibus ma-
lorum morborumque ingruentibus, de-
tranquillæ mentis optatæque felicitatis
sedè deturbetur , suorumque affectuum
miserum tandem fiat mancipium. Viden-
dum ipsi, ut in corpore prostrato erectam
semper mentem habeat, membrisque di-
stractis nobili illa affectuū gaudeat com-
positione. Scire volenti, quâ arte id
fiat potissimum ? respondemus, A N I-
M U M magis magisque esse excole-
dum nullis non virtutis pietatisque since-
ra exercitiis, ipsique adeò conversationi
spirituum sanctorum in coelis esse præpa-
ran-

randum. Sicuti lana, priusquam ultimum illum optimumque colorem combibat, succis quibusdam aliis est imbuenda ; sic animus virtutum & literarum meliorum purpura prius est tingendus , quam ultimum felicitatis imperturbatae indelebilis colorem ille consequatur. Pessum dēt cito, studia vires , consumant lucubratiōnes sanguineum vitæ nectar , attamen quod corpori decedit, id centies immo milles perpetuae illi adcrescit felicitati.

IX. Cæterū hæc iis solūm cognita fiet literatis, qui è regno tenebrarū & caliginis, ut Scriptura loquitur ad Regnū lucis feliciter sunt translati. Licet & ipsi quondam dæmonis fraude in istam corruptæ inquinatae q; eruditionis Rempubl. devenerint; eura tamē eos cogitatioq; versabit assidua, quomodo vicissim sordibus & oneribus tam pudendis purgentur, cavebuntq; diligenter, ne deinceps in via Domini lapidibus adeò noxiis (VITIIS puta in Orbe eruditio ubiq; regnantibus, innumerisq; malo doctorum immo maledictorum scandalis) offendantur. Et cum pro D E O. pro Christo disputare etiam diabolus possit, multi-

que haecenus pro illius Majestate adversas
infideles dimicarint flagitosi Doctores;
hinc omnes sacrosanctæ illius Discipli-
næ candidati cōtendent strenuè, ut
Christum sciant, pariter ac vitam in ipso
gratiam acceptamque D E O transigant, e-
jusque spiritu agitati, in splendidam ipsius
imaginem magis magisque transformen-
tur, ejusque præsentia unione gloriaque
æternum perfruantur. Cujus supremæ fe-
licitatis consequendæ desiderio si literatus
divinæ gratiæ radiis collustratus teneatur,
opera porrò illi navanda est satis ardua ut
detestando AMORI PROPRIO tum cras-
siori tum subtiliori, cuncta corporis spiritu-
que dona ac bona insufficienti ac conspurcari
mittat nuntium, cunctantem verò illum &
pro pertinaciâ suâ renuentem ita ex cruci-
et divexerque, donec impuram suam tan-
dem aliquando efflet animam, vocato in
subsidiū Sancto illo spiritu ut Rationem
naturalem ceu corruptam, carnalem, Deo-
que inimicam non refrœnet tantum, cohi-
beat ac reprimat, verum etiam protinus
enecet & destruat, atque pestilentissimæ
PHILAUTIÆ loco saluberrimam cordi
ad

ad D E U M convertendo AUTOGNOSI-
AM, sive accuratam SUI COGNITIO-
N E M instilleret. Etenim veræ virtutis
principium hoc esse, ut qvisque sciat se
obnoxium vitiis, etiam damnificis um-
brarum tenebris obnupta gens quondam
ex Apolline, Cræsum de consultissimo ad
felicitatem itinere instruente, assiduamq;
sui cognitionem commendante intellexit.
Nulla quidem in Orbe Christiano vani A-
pollinis est auctoritas, sed amplioris mul-
tò luminis fulgor nos eò deducit, ut videa-
mus, illâ ipsâ, nec alia viâ, ad veram (Duce
DEO) perveniri posse felicitatem, si nimi-
rum naturam ac indolem nostram ad la-
psus aptatam & proclinantem, inque ma-
la jugiter ruentem aspiciamus, & consci-
entiam perperam gestorum habeamus ante
oculos, tum ritè pœnitendo ad D E U M
accedamus, cordeque contrito ad cœlestis
misericordiæ (Christi Salvatoris merito
partæ) aram confugientes, arcanos cordis
recessus coram SS. Numine adaperiamus,
atque ad plurimorum piè-literatorum ex-
emplum, vitam pessimè aliquando actam
deploremus, pariter ac curâ studioque sin-
gulari

gulari emendemus. Hoc etenim post se-
riam sui cognitionem, vitæque miserabi-
lis deplorationem cum primitis sibi curæ fu-
isse felicissimus ille literatorum Basilius a-
*Basil. M.
in Epist.
LXXIX.
ad Eu-
stath.
Sebast.*
licubi testatus est, ut MORUM IN-
STITUERET CORRECTIONEM, quos
per diutinam consuetudinem cum improbis
contractam perverterat. Sic etiam nos à
doctrinæ & vitæ profanæ vanitate ad sin-
ceram pietatem atque virtutem conversi,
operam continuæ demus sanctificationi,
DEOque deinceps placere studentes, cun-
ctis ejus (quantum fieri potest) obediamus.
mandatis, summè carentes, ne novam SS.

*Conf. pi-
um liter-
ati hom.
secess. p.
I. 17.*
Numinis sponte incurramus offenditionem.
Ea nimirum (ut alibi diximus) divini a-
moris vis, ea Spiritus sancti voluntatem
humanam internosque affectus commo-
ventis est operatio, ut unà cum illo con-
versi literati animum virtutum amicarum
chorus confestim subeat, ut qui paulò an-
te arrogans, superbus, sui amans, ambitio-
sus, singularis, avarus, intolerabilis, litigi-
osus, invidus, iracundus aut aliter vitiosus
literatus cernebatur, idem nunc velut al-
ter homo & antiquis exutus vitiis, sui con-
tem-

temptor, modestus, benignus, prudens, verax, demissus, pacificus, benevolus, man-
fuctus, humilis, aliisque virtutum orna-
mentis clarus & cunctis charus agnosca-
tur. Sic coelesti beneficio Doctoris divi-
no amore flagrantis animus arboris instar
erit, in quam omnigenae virtutes insitae,
magis magisque pullulabunt, nullaque non
FIDEI sinceræ fructus dulcissimi proveni-
ent.

Quis cum sapientissimo Philone
non dicoret gratulandum esse felicibus e. us. Philo
lib. de
charie.
modi literatis haud secus ac si (quæ verba
ejus dignissima sunt notata) post cæcitatem sub fin.
visum receperissent, ex altissimis tenebris ad-
ducti ad lucem clarissimam. Tanta (per-
git) est vis resipiscientia, rei vehementer ne-
cessaria! Postulat autem resipiscientia non
solum correctionem opinionis, que creaturæ
tribuebat honorem Creatori debitum, verum
etiam officiorum, studiorumq., MUTATI-
ONEM IN MELIUS, ut relictis inconditi
vulgi moribus, transeat ad bene confirmu-
tam ornatamq., optimis legibus Republicam,
hoc est ex ignorantia migretur in scientiam
verum quas ignorare non decet, ex impruden-
tia in prudenciam, ex incontinentia in tem-

pe.

perantiam, ex injustitia in justitiam, ex timideitate in fortitudinem. Bonum enim utiliter fuit ad virtutem transfugere deserta malitia velut insidiosa Domina, solent etiam pietatem comitari virtutes ceterae, à quā non magis divelli possunt, quam umbra à corpore quod in Sole versatur. Preinde quotquot ad nostram religionem (seu potius ad veram sinceramque pietatem Christianam) se conferunt, statim fiunt sobrii, continentes, verecundi, mites, jucundi, humani, graves, justi, magnanimi, veritatis amatores, contemptores voluptatum ac pecunia; quandoquidem ē diverso, quicunq; à sacris legibus deficiunt, eos videre licet intemperantes, imprudentes, injustos, leves, pusillanimos, irritabiles, mendaces, perjuros, cupidiis, potationibus venereisque rebus deditos, ventri pendentes tributa, cum gravi corporis animique dispendio. Itaque per pulchritudinē precipitur, ut discamus vitam componere, & ex perturbatione in meliorem statum reformare. Et post alia: Pulchritudinē nobis attestatur illud scripture oraculum: Fædus fecisti hodiē cum Domino ut sit tibi DEUS, & ipse fædus hodiē fecit tecum, ut sias ei populus; pulchra sane permanentio,

tatio, homine (literato) properante ad cultum DEI, DÉO quoque sine dilasione admittente supplicem & occurrente accedenti ad se sincero animo. Talis porrò cultor & deprecator, etiamsi unus homo fuerit, ipsius DEI existimatione non minus honoratur, quam totus populus, id quod & alias usū venit, quemadmodum enim in navi gubernator confertur cum omnibus vectribus eodem modo Vir sapiens totius gentis dignitatem obtinet, quippe qui pietatem habeat primum invenienti inexpugnabili. Hactenus ille Ebræorum doctissimus Philo. Magis verò agnoverè experientiæ sunt supremam hanc literati hominis felicitatem, quotquot gratiæ verbiq[ue] divini luce collustrati de deserendâ profanæ noxiæq[ue] doctrinæ Republicâ (in quâ magna eruditorum hominum pars declivi naturæ impetu in vitiorum lutum prona spiritum trahit anxium, nihilq[ue] cœlesti ac divinum sapit) seria buc usque agitatâ consilia, eamq[ue] duntaxat quæsivere & excoluere scientiam, quæ non nisi veram solidamq[ue] spirat pietatem, quæ non fucata, ac inutilium rerum micis fatua, sed constans appetet & utilis, nec otio-

otiosas & spinosas magis quam fructuosas, plusque futilitatis quam utilitatis habentes sectatur quæstiones, sed divina potius mysteria & ecclœstia oracula avidissimè æmularunt, quæ sinceræ charitati sociata & humilitati, alumnos suos non inflat aut reddit turgidos, sed auræ benignioris perflat svavitatem, vetereque dejecto homine cultorem suum è faucibus diaboli mundique creptum, ab ejusque corpore avulsum Servatoris corpori per infucatam fidem inserit, arctissimoque & individuo nexu conjungit. *Nihil enim necesse*

Erasmo. est (præclarè alicubi scribit Erasmus) ut in adhort. quis tot anxiis disciplinis instrutus accedat,

ad stud. ad stud. simplex cuius paratum est viaticum, tantum

Philes. Philes. literatus supremæ illius scientiæ amore

Christian. Christian. captus)pium ac promptum afferat animum, &

Tom. V. Tom. V. imprimis simplici puraque præditum FIDE.

opp. fol. opp. fol. 117. Hæc autem vera demum FIDES est, quâ

piè jam doctus creaturam corde affectuq;

transcendere occipit, sensusque & ratio-

nem propriam despiciens, ac infra se re-

linquens, totus deferrit in DEUM, divina

ejus verba, promissionesque veras intue-

tur, admiratur, credit, corde foyet, ac in-

timet

timè & animitus denique amplexatur,
 cumque in JESU CHRISTO lateant o-
 mnes divinæ veritates , omnesque parili
 modo ex ipso promantur ac patescant, imò
 omne. DE I consilium omniaque salutis
 media per ipsum sint reclusa , hinc spiritus
 ille fidei vivæ ipsum Salvatorem tanquam
 potissimum objectum cognoscendum, cre-
 dendum , amplectendum sequendumque
 proponit, virtuteque sua efficit , ut piè li-
 terati omnes sapientiæ thesauros in eo re-
 conditos inveniant , eisdemque ad animas
 suæ satietatem pascantur atque fruantur.
 Ideò enim ille quod nostrum erat assum-
 sit, ut nos vicissim quod ipsius est accipia-
 mus ; ideo Doctor doctorum factus est,
 atque communis Præceptor, ut nos in illo
 & ex illo ad salutem sempiternam edocet,
 sapientes evaderemus , atque saevissimo
 tyraonidis diabolicæ jugo excusso , DE O
 deinceps, PROXIMO, NOBISQUE IPSIS
 vivamus, nec verbis solum, sed re & opere
 ipso ostendamus, veram libertatem non in
 peccandi licentiam, veram sapientiam non
 in philosophicis argutiis, in gentilibus fa-
 bulis, in verborum ampullis & calami-

D

itris

stris, sed in Christo (utpote omnigenæ felicitatis fonte unico,) esse inveniendam ; Ut cunq; pulchrum sit audire DOCTUM, pulchrius tamen haberi PRUDENTEM, PULCHERRIMUM autem ESSE PIUM. Hoc nimirum præcipuum est supremæ illius sapientiaæ axioma, atque scientiæ, quæ omnem humanam eruditionem stultam reddidit, principium æque ac fundamen- tum palmarium. Splendor enim illa est æternæ lucis, & divinæ operationis boni tatisq; exactissima imago, non mortua qui- dem aut insensata, sed viva, mobilis & a-ctuosa, quippe cui inest spiritus intelli- gens, sanctus, simplex, multiplex, subtilis, impollatus, perspicuus, amans boni, acu- tus, beneficus, humanus, stabilis, certus, omnia intuens & permeans, ipso Sole spe- ciosior, omnemq; stellarum superans claritatem. Non alium DEUS literatum diligit, nisi hoc spiritu impolluto prædi- tum, atque cum vera ista sapientiæ habi- tantem. Quæ si rectius perpendere, quidam doctrinæ non minus quam vitæ profanæ magistri, longè aliter mores com- ponent, nec in naturam suam ita abi- pate-

paterentur malitiam, ut non admonitioni ulli, nec DEI ipsius comminationi cedendum existiment, adamantina gestantes adversus bonum pectora, malleum & incudem officinæ coelestis contemnentia, & cum profanis seculi mancipiis ducentia jugum. At verò coelesti illo FIDEI veræ dono prædicti, nullis amplius persvaderi se sinunt diabolicis susurrationibus, non corruptissimis seculi offendì exemplis, verum omnem mundi luxuriem ejusque vanitatem corde ore & opere abjicientes, aperte christianam pietatem *suique abnegationem* profitentur, diabolum masculè profligant, Mundi præstigias, pariter ac carnis imposturas turgidam illam sapientiam omnemque scientiam inflantem, atque indissolubilibus acerrimarum contentionum modis implicitam, obduratam deniq; peccandi malitiam sacro quodam prosequuntur odio, & ad bonum omne alacres & parati existunt, neque de applausu aliorum, laudeque propria adaugendâ amplius sunt solliciti, sed crucem & tribulationem hilari fronte excipere, & nulla non impii mundi odia atrocèscque cruciatus tolera-

re gestiūt. quam primū enim supereminens Christi cognitio, quæ omnibus mundi scientiis, honoribus deliciis atq; divitiis est superior, semel iis indita donataq; fuerit, non solum illi vana profanaq; omnia generosè despicient, atque cum Apostolo reputabunt pro stercoribus, verum nihil non alacri magnoq; animo ac corde libero propter Christum sunt relicturi, imò perdituri etiam, dummodo ei soli servire, perpetimq; adhærescere queant. Atque ita divinus ille ignis in cœlestibus eorum animis tantoperè flagrabit, ut non amplius inibi regnare queat prava cupiditas, inordinatusq; sui Amor, ex animæ fundo reapse ejectus. Quicquid illo urgente olim propter se, idq; per grande nefas fecere ac operati sunt *liberati* à servitute peccati *literati*, postea pro DEO spontè & alacriter facient, quin imò ea absque ullo ferè labore & difficultate perficient, quæ quondam ne cogitando quidem assequi potuere, haudquaquam affectuum suorum & inclinationum corruptarum motus sequentes, sed Regis Dominiq; supremi sacro-sanctos instinctus observantes, e-
jus,

jusque voluntati cuncta desideria prompte subjicientes. imò omnes appetitus suos, si fleti, si cohiberi, si compesci nolint, penitus abnegantes, frangentes, rumpentes, atque se suaque per eandem illam FIDEM Christo ita dicantes, dedicantes ac consecrantes, ut jam non amplius suis litteris commodis, *nec sibi ipsis vivere velint, sed II. Cor. V. ei solum, qui pro nobis vixit, obiit, nobisque tandem resurrexit.* Hoc fundamentum vitæ Christiano-literatæ est solidissimum, hæc supereminens illa SCIENTIA CHRISTI, altissimaque & Terræ sapientibus ignota Philosophia, SCIRE nimirum & SEQUI Christum crucifixum, seipsum ostendere, & quicquid Orbis profanè doctus amat magniique estimat, honores præsternit, gloriam, laudesque proprias, nullaque non corporis animique voluptates altissimo despicer supercilios. Durum quidem hoc est, & mundo carniique summè contrarium principium, ast si rectè intelligatur, ipsoque opere comprobetur, insigni adeò fructu scel commendat, ut eo ipso imbutus, eodemque pectoris verè Christiani charactere ornatus literati hominis a-

D 3

nimus,

nimus, nulla amplius necessitate affligi turbarique, nulla vita hujus calamitate tangi, nullis turbinibus dejici, nulloq; tempestatum impetu de altissimæ tranquillitatis sede deturbari possit.

X. Et cum ad optatae hujus felicitatis metam tendentibus literatis, præter largissimam divinæ gratiæ & benignitatis scatetram, præter bonam naturæ indolem, animique ad meliora & honestiora quæque insignem propensionem, (ne scil. pravae inclinationis ductu in mala illi ruant jugiter, atque horrendæ vitiorum tyrannidi tandem subjiciantur,) rectâ apprimè opus sit INSTITUTIONE, & fideli manuductione, quam haud abs re Seneca primam secundam & tertiam vitæ beatioris partem nuncupavit, quâ deficiente vera deficit vita; Pythagorici verò fontem dixerunt, unde omne bonum proveniat: hinc cura doctoribus & melioribus intendenda est palmaria, ut *instructione* salutari via ad veræ felicitatis literariæ arcem recta simplex & aperta, licet principio difficilis imperitoribus ostendatur, effusaq; manea spargantur semina, quæ suo tempore revocen-

*Sen. lib.
de brev.
vita.*

vocentur ad frugem. Tantum pondus *institutionem* habere ad vitæ in melius immutationem Plato afferuit, ut sine illa inanes judicarit omnes rectè conditas leges, cunctaque virtutis dictamina. Constat hominem literis in juventute mediocriter tinctum Proteo similem esse, omnibus planè formis suscipiens oportunum, unde ne in fulgidam doctrinæ lucem suscipiens,) vitiorum teuebras induat, & earum gravi quasi pondere pressus miserè submergatur, rectâ muniendus est institutione, cuius adjumento sponte ruens natura à præcipiti loco retrahat pedem, ejus roboretur imbecillitas, vitaque ipsa velut procell sum mare, Syrenum etiam cantibus infestum, feliciter transigatur. Quem primum facile atque præcipuum veri philosophi characterem olim Psellus (de philosophia definitione differens.) esse judicavit, scil. ut *is imperfectarum curam gerat animarum, easdemque ad perfectionem per cognitionem* (uti ipse quidem loquitur) deducat; eo charactere cum primis illi conspicui sint doctores, qui Verorum, h. e. Christianorum Philosophorum adimplentes

D 4

par-

*Plato in J.
de Rep.*

Bern.
tractat.
de pass.
Domin.
cap.10.

partes, divinæ gratiæ radiis collustrati summoperè laborant, *siquidem* (non profano quodam Psello, sed piè-literato Bernardo monente) *efficax signū vera & pura sit charitatis*, ut hi, qui spirituali dilectione connectuntur, mutuò calefiant, & per veram charitatē alterutrum ad exercitia spiritualia accendant. Quidni gaudēat piorum ac DEUM sincerè amantium quilibet, ubi ministerio suo plures ad dilectionem & cultum sincerum ejus, quem ipse ardentissimè amat, omni animi nisu accesserint. Cumque exploratum sit omnibus, absque vita probitate, recta que morum institutione difficillimè tot illecebrarum demulcentium, tot adversariorum incursantium insidias evitari posse aut declinari, hinc cunctis ad optatæ prosperitatis sedem tendentibus literatis nulla nō SALUTARIS INSTRUCTIO est admittenda, vita perperam antea quæ corrigenda, motusque à pravo appetitu jugiter erumpentes validius coercendi, donec flumib; malæ affuetudinis semper jaætata navis, optatam tandem serenitatem, veramq; vitæ securitatem pariter ac felicitatem consequatur. Neque vero fieri potest ut eam

cam obtineat Literatus, nisi qui à VITIORUM foeditate immunis est, & suæ spontis, aliud omnino illi agendum, aliter vivendum, immo aliud longè quam quod vulgo solet cogitandum, multa negligenda, multa contemnenda aliqua naturæ, aliqua & consuetudini vis inferenda est. Et cum multas nobis vel illecebras vel diverticula communis illa Parens omnium objecerit, plerisque abstinendum. Alios superbia, quosdam invidia & avaritia afflavit, si qui sunt literati qui multum agere sibi videntur, hi ambitiosi sunt, istisne verò tantum superesse temporis existimemus, ut vel discant, vel sapiant rectius, si sapientiaz veræ vacarent studio, non à vitiis modo, sed & ab opinione omni populari-que errore mores suos sejungerent, utque discere optima possint, ante vacuum tot inflantibus scientiis animum facerent, tum virtutis pietatisque sinceræ studio cura singulari invigilarent.

XI. Ad vim verò ac splendorem eiusmodi magis spiritualem eruditis conciliandum, plurimum forsitan conferret COLLEGIORUM quorundam in civita-

D 5 tibus

tibus & Academiis illustrioribus institutio,
atque pia fundatio societatum, quarum
membra frequens illa cura versaret atque
cogitatio, quomodo majora indies verus
DEI cultus capere incrementa, extirpati-
que pestiferis VITIORUM zizaniis PIE-
TAS sincera plantari queat. Nimirum
curâ studioque singulari viris quibusdam
zelo pio flagrantibus eò esset laborandum
contendendumque, uti ad fidem veram vi-
vamque, ac inde profluentem DEI amo-
rem ejusque præceptorum observantiam
invitarentur pariter ac incitarentur cæte-
ri, hostisque infernalis perniciosi conatus
magis magisq; retundi & sufflaminari pos-
sint. Et licet cum maximis inicio difficul-
tibus conjunctum foret salutare ejusmo-
di institutum, nec quicquam robustus ille
armatus (infami desidiosorum quorun-
dam, atque juratorum pietatis hostium ca-
tervâ stipatus,) ad illud destruendum im-
pediendumque esset intermissurus, quinj-
mò labore indefesso semper eò laboratu-
rus, ut gravissimis vitiorum ponderibus
mortalium miserrimi in terram defigan-
tur, spissisque immersi tenebris, gratia &
amo-

amoris coelestis lumine æternum deſtituantur ; attamen Ter-maximum Numen affiduis compellatum precibus , pia illa, gloriaque ſuæ ſtudioſiſſima pectora (velut è machina) benigniſſimè rēſpiceret , atque optatiſſimum meditato operi ſucessum largiretur . Incredibiles ſanè Collegiorum ejusmodi iſtitutio haberet utilitates, fructuſque nunquam marcescentes com- munitati fidelium conciliaret . Non i- gnoramus nobilis cujusdam Societatis Ger- manicæ (quæ FRUGIFERA dicitur) fa- tis felicem progreſſum, quam brevi ſcilicet temporis ſpatio iſtituta ſit illa, pariter ac ad stuþorem uſq; adaucta , præſertim cum iþi Principes viri albo illius eſſent iſerti ; Quidſi igitur de magis ſalutari conſocia- tione quidam pio zelo flagrantes DEOq; ſacrati literati ſeria agitarent conſilia, SOCIETATEM ſuñè FRUGIFERAM in- vicem inceuntes , coeleſtiique nixi præſidio, talem fundantes congreſationem , in quâ verè christiana, verè Evangelica de PRO- PAGANDA FIDE, pietateque diſſeminan- dâ agitarentur conſilia , euraque ſingulari ea conquirerentur , quæ ad promoven- dam

dam animarum salutem, technasque dia-
bolicas sufflaminandas maximè conduce-
Ch. Ravi-
ni in A-
mica ad-
monitio-
ne; quam
spolio O-
rientis, si-
v: Casal.
MSLR.
Orient.
accessus.

rent. Haud abs re non ita pridem quidam multijuga eruditione conspicuus Vir optavit, ut *Collegium* aliquod *Orientale* de propaganda fide sincera instituatur, quo sumptibus non adeò magnis sex ad minimū ex- citationis ingenii Juvenes ea lingvarum, Hebrææ, Chaldæo-Syræ, Rabbinicæ, Arabicæ, Persicæ, Turcicæ ac Æthiopicæ co- gnitione imbuantur, nec minus eâ Sacra- rum literarum dogmatumque ecclesiasti- corum instruantur peritiâ, ut bini eorum ad Synagogas Judæorum, bini ad Turcicas sedes, bini ad damnificis idololâtricarum umbrarum tenebris obnuptas gentes, Iu- crifiaciendosque per DEI gratiam infideles ablegari, & quaternis semper annis cum novis aliis conamutari possint, prioribus sex ad functiones Ecclesiasticas vel Acade- micas adhibitis : Quidni cunctis DEUM ejusque gloriam sincèrè adamantibus arri- deret, multoque usu sese commendaret talis consociatio fidelium, quorum curâ sol- licitoq; ministerio multi, nomine quidem Christiani, ast Judæis, Turcis, gentilibusq; cunctis

cunctis longè deteriores mortales convertantur, in melius mutantur, deque ipsis diaboli filiis, filii Trini·unius D E I (ejus aspirante gratia) efficerentur, laudes illi semperiternas decantaturi. Cæterum res ipsa loquitur, in *frugiferas* ejusmodi *Societates* recipiendos esse non alios, quam probitate & zelo divino eximios Viros, quos (quo fidelius illud unum pietatis curent negotium) nullo lucro aut stipendio, solâ autem operis dignitate & fructus egregii expectatione allici velim & occupari. Sin verò aliæ operi tanto injiciantur remoræ, momentique majoris obveniant difficultates, initia illius circulo facienda essent breviori. alia atque alia piè-doctorum exquirenda vota, judicia, sententiæ, cum primis autem instruendi de fructuoso adeò conatu in christianis orrhodoxisque Academias es- sent Sacrosanctæ Theosophiæ Candidati, monendique strenuè, ut non minus vita morumque integritati, quam doctrinæ re-ligionisque puritati studeant, frequentiusque ea meditentur, quæ ad divinæ gloriae incrementum, & proximorum in viam sa-lutis revertionem quoquo modo facere possint.

possint. Et cum abunde constet, nullum D E O gratius acceptiusq; officium præsta-ri posse, quam quod pietatis sinceræ amo-re studioque suscipitur, idcirco nihil ma-gis animo versandum esset omnibus, quam quâ ratione christiani hujus Sacerdotii partes ritè adimpleri, cunctique à virtutis semita aberrantes, ad sempiternæ salutis vi-am revocari queant. Hoc equidem zelo, hoc igne cumprimis incensos esse oportet eos, qui Christum prædicare aliis, cœlique divitias promittere fidelibus constituerunt. Illi aliquando cum fructu omniue impe-rio (ut Apostolus loquitur) arguere poterunt, qui de BONO EXEMPLI doctrinæ salutiferæ sociando apprimè sunt solliciti, si quidem *divinarum literarum explanatio* (di-

Theodor. cente Theodoreto) opus habeat anima à la-
pref. in be notabili purgata, tum mentem desideret a-
Cant. T. gilem, & veluti pennis preditam, qua in ipsa
1. opp. f. spiritus penetralia ingredi possit. Cumque
983. magna adeò sit imò maxima vis EXEM-
 PLI, nemoque major & fructuosior vir-
 tuoso Doctore existat, hinc opera strenua-
 navanda non monitoribus solum, ut de
 bono exemplo doctrinæ salutari sociando
 sem-

semper sint solliciti, artemque illam arti-
um tradituri, ejusmodi exemplaria propo-
nunt, ad quæ alii vitam moresque reqcè
componere queant; verum dissentibus
cumprimis, & ad supremæ illius felicitatis
apicem seriòtendentibus curandum sedu-
lò, ut omnem improborum fugiant con-
fuetudinem, & à noxio cœtu prorsus rece-
dant, utque malos socios evitando, ipsam
evitent improbitatem. *Etiam pacata anteas* *Josephus*
maria (ait scriptor quidam egregius) *si so-* *Maria-*
cii accedant inturbantes ventistarim in i- *vigl. in*
ras insurgunt, & nocituras minas, quin est *Proteo e-*
am pacatissima flumina, quorum lentitudo oca- *thico. pab.*
lis ipsis eripit cursum, si incubent venti, sta-
tim exurgunt in fluctus, & mansueta illa ele-
menta, que ovium instar ignorare motus ve-
debantur, in leoninas exasperantur iras. Non
igitur eorum consuetudine Vir bene moratus
debet oblectari, qui facilis negotio in iras, o-
dia, fastuma, ambitionem invidiam, con-
tentionem aliosque vitiorum ignes) exara-
descunt, impellunt squidem malorum consue-
tudines ad pænitenda. & sapè etiam cogunt ad
ea, quæ nullam admittunt emendationem, nul-
laq. lacrymas elui possunt, cum semper seruo-
post.

post sanguinem mæror sit. Posthabito itaque spredoque malorum consortio bonis potius se jungat, atque non nisi laudabilia virtutum *exempla* sibi proponat veræ felicitatis candidatus. *BONOS imitare* (præclare ait Cyprianus) *si potes*, *si sectari non potes, collatare certè & gratulare melioribus,* fac Te illis adunata dilectione participem, fac te *consortio charitatis & fraternitatis cohæredē.* Sed utinam hodiè in erudito Orbe non obtineat, quod Cyprian⁹ hunc in modum est detestatus : *Esse jam inter nocentes innoxium, crimen est, malos quisquis non imitatur offendit !* Ea quandoque est inter profanè doctos virtutis ejuratio, ut inclitatæ pietatis Viros gravissimis vexare contumeliis, ipsaque sancta malignis sermonibus violare illi non dubitent. *Multe eorum, quorum similitudinem desperant, (Apuleio dicente) affectare conantur simultatem.* Diligendi potius cum reverentiâ & imitandi studio Viri sunt virtute singulari illu-

Sym-
macho. l.
IX. sp. 9.
Plin. l. 3.
sp. 9.

stres, cum (teste Symmacho) quedam scintilla sapientie sit virtutum luminibus applicari. Memorat de se C. Plinius, quod cum in Syria tribunus militaret, Artemidorum arcta

arcta familiaritate fuerit complexus, sacerumque ejus Musonium cum admiratione dilexerit, insignes eâ tempestate sapientiaz Antistites : *Idq; primum* (inquit) nonnullius indolis dedi specimen, quod *Viruna aut sapientem, aut proximum similem q; sapienti intelligere sum visus.* Et merito : Nam idem ille Plinius maturiore jam ætate magis admirari se virtutes Emphratis ait, quia magis eas intelligeret. *Ut enim de pictore, sculptore, pictore, nisi artifex judicare, ita nisis sapiens, perspicere non potest sapientem.* Itaque pro certo & indubio felicitatis subsecutæ in dicio habeant literati, si Viros summa virtute conspicuos, non quos damnificis umbrarum tenebris obnupta gens olim est admirata, sed quos Christiana huc usque pietas commendavit, cum ingenti quadam dignatione in animos admittant, tantis nominibus semper assurgant, & quidem (ut de se affirmavit Seneca) *cum similitudinis desiderio & affectatione.*

*Sen. de
vit. beato.*

XII. Neque verò aliorum solum instituta exemplaque laudatissima literato ad insignem illam felicitatem aspiranti, cum quadam similitudinis affectatione probè

E consi-

consideranda, sed strenuè etiam IPSI (uti Christiana jubet Philosophia, nosque jam supra monuimus) adversus VITIA & immodicas cupiditates decertandum, hostis-que infernalis (auxilio cœlesti) nefariæ semper reprimendæ sunt suggestiones. A. vitiis enim remotus, statim virtuti erit vicinior, recedens ab illis, proprius ad has accedit, ipsique DEO magis magisque appropinquabit. Quod si verò Vir literatus seriū secum de expellendo omni vitio agitet consilium, fixumque illi sit hostibus tam atrocibus sacrum indicere bellum, non levi equidem brachio, non molli articulo, sed toto totius animi conatu, omni intellectu (divinæ gratiæ radiis collustrati) industriâ, cunctis ingenii nervis, generoso proposito animoque excelsø. Quod agit, agat masculè non minus quam sollicitè, ad exemplum Magni illius Doctoris Hipponensis,

August. Augustini, qui notanter de se alicubi; *Multa Conc. III.* (scribit) ago in cogitationibus meis, pugnans in Ps. 36. adversus malas suggestiones meas, & habens conflictationem diuturnam, & propè continuam vim cum temptationibus inimici, subvertere me volentis. *Credo ad DEUM in infirmitate*

*temer, & novit quid parturit cor meum ille,
qui novit partum meum.* Nimirum in tentationes superbiæ, ambitionis, gulæ & luxuriæ egregius ille Christi athleta pugnabit, ope cœlesti eradicans, evellens, destruens ac perdens quicquid ex semine malarum cupiditatum propullulavit. Hoc itaque sibi (quod imitetur) piè literatus proponet exemplar, hanc hominis ad DEUM tendentis spiret indolem, atque pravis suis affectionibus pari solertia bellum inferat, cum primis autem VITIIS eruditorum destabilibus, IMPIETATI, SUPERBIAE, INVIDIAE, AMBITIONI, CURIOSITATI IMMODICÆ, MALEDIMENTIÆ, CONTENTIONI, AVARIETIÆ, cæterisque mox fusius commemorandis ac depingendis monstris, sancti det repudii libellum. Sin illa redire, & pristinam animi sedem occupare conentur, pugnet eò fortius, atque ne tandem aliquando hosti succumbat, diligentissimè caveat. **E**st illa mascula vox Trajani Ducis Christiani & invicti ad Valentem Imperatorem: *DEUS semper sequitur victoria, & ad eos accedit, quibus DEUS se Duxit praberet.* Ita

est ô literati Heroes, ubi DEUS vester erit
sospitator, ibi rosæ laureæque pullula-
bunt, coronæ vobis texentur, tandemque
exaudientur epinicia. Cum Dæmone qui-
dem comparati ut robustissimo gigante,
vos minutæ pygmæi videbimini, quos elide-
re & audaci pede facilè proterere ille pos-
sit, sed divino præsidio defensi, in leones e-
vadetis, ignem spirantes, inimico valde
formidandi. Jasonem jactavit fabula gra-
vissima in navigatione Colchica exantlan-
dâ, inque auferendo vellere aureo pericu-
la & discrimina subiisse; Tauri nimirum il-
li domandierant ignivomi, dein ad arati-
onem subjugandi, pervigil Draco velleris
custos superandus, armatorum denique
virorum è seminatis Draconis dentibus re-
pentè enascentium exercitus excipiendus.
Tantum abest ut terruerint ea pericula a-
nimum *Jasonis* virtutis plenum, ut potius
accenderint magis, & ad maximum faci-
nus audendum provocarint. Licet alie-
no discrimine contremuerint socii, ipse
neutquam motus est proprio, nihilq; cun-
ctatus, furibundis sese objecit bestiis, fre-
tusque amuleto, quod à Medea acceperat,
miti-

Ovid. 7.
*meta-
morph.*

mitigavit tauros, jugoque imposito, illos aratro junxit, mox hastatos & galeatos in hostes (infesta arma intentantes,) saxum, quemadmodum erat monitus, ingens projeicerat, ita ut conversis exemplo in semet ipsos telis, mutuis vulneribus omnes considerint. Et cum vincendus adhuc super esset Draco velleris custos, crista terribili, linguâ trisulca, fulmineisque oculis horrendus, is quoque feliciter adeò est prostratus, ut liberum mox ad arborem (ex quâ vellus aureum pendebat) aditum viatori permiserit. En vobis ô LITERATI PRÆLIATORES, animi, & bonitate naturæ præstantis, & virtutibus insigniter imbuti, (id quod Jason instrutori suo *Chironi* debebat,) verâque gloriæ cupiditate incensi nobilissimum exemplar ! Jason ubique viator vos suo edocet exemplo & triumpho, nihil non virtuti cedere atque magnanimitati, nec quicquam tam arduum, quod non constanti improboque labore, animique firmitate attingi ac obtineri possit. Quilibet vestrum vel me tacente intelligit, quinam illi *tauri* sînt *aripedes*, naribus ignem efflantes, & sub aratri jugum mit-

tendi, quænam ferrea illa armatorum seges, serpentinis dentibus enata, & in se ipsam adversis conversa hastis ; quis Draco ille, arboris aureæ (unde vellus veræ perpetuæque felicitatis literariæ suspensum,) pervigil custos ? Nimirum per hæc pravi vestri denotantur affectus, indomitæ cupiditates, efferaçæ concitationes animi, horribilis denique ille Draco infernalis, quibuscum hostibus fortiter vobis pugnandum, donec illustriorem longè *Zafonicā* illâ obtineatis victoriam, cum juxta sapientiss. Salomonis effatum *et que dominatur ANIMO SUO major sit quovis expugnatore urbium.*

*Prov.
XVI.*

Naso.

*Audax res (canit Poëta) vicisse alios ;
victoria major,
Est ANIMI fluctus composuisse sui.*

XIII. Sicuti verò sine Medea consilio nihil præstigit Aesonides ille ; ita in gravissimâ vestra adversus Draconem taurosque ignivomos pugnâ fortitudini proxima sit CURA SERIA, maximaque follicitudo, (quæ per Medeam significatur,) M̄dorum ne illoris quod ajunt manibus tantum suscipi-

*M̄dō
cur a. cō.
filiū à*

scipiatis negotium : Euripides 'Ευλαβεῖν, ^{curans}
 quæ hæc ipsa cura est meritò dixit utilissi- ^{gero deli-}
 mam esse Dearum, cura est illa quæ scien- ^{bero, me-}
 tia lumen adhibet negotiis, abstrusa pene - ^{ditor,}
 trat, revelat operta, illuminat obscura, cui - ^{provides,}
 cunque literato hæc virtus adest, hoc faci - ^{prospicio.}
 Ie assequetur, ne animus unquam negotio
 desit nec votis successus. Quodsi juxta
 Mythologorum veterum placitum Jupiter
 ad monstra profliganda eum maximè ido-
 neum judicavit, qui non uno momento, ac
 ne una quidem nocte, sed toto trinoctio es-
 set procreatus ; Vos potius in longè incli-
 orei beatitatis sortem Servatoris benefi-
 cio genitos, par vocatione vestra labor sem-
 per verset & cogitatio, quo dignam officio
 diligentiam præstetis, istamque in profli-
 gandis monstris illis teterimis observetis
 rationem, nimirum ut ad tanti momenti
 opus neutiquam incuriosi accedatis aut
 imparati, majestati christiano-literariæ
 haud decorum reputantes, circa supre-
 mam felicitatem consequendam ea negle-
 xisse, quæ profana religione imbuti litera-
 tores studiosè duxere observanda. *Dele-*
ctes positis (ut cum Magno Gregorio lo-
 E 4 quar)

Greg. M., quarum mentem vestram magnitudo præmiorum, nec deterreat certamen laborum. Non
 XVII. in longinquis è terris, non per mille pericula
Evangel. quærendum vobis solidæ illius felicitatis aureum vellus, sed hostes vincendi domandique sunt domestici, pravi nimirum affectus, noxiæ quælibet cupiditates, nec non corporis sensuumque illecebræ, pestes inquam illæ execrables, SUPERBIA, AMBITIO, PHILAUTIA, INVIDIA, CONTENTIO, cum omni infamium pedisequarum catervâ, atque inclinationum passionumque pudendarum colluvie, quas Draeo ille infernalis in literatos veluti proditores suscitare consuevit, & quæ instar gravissimi oneris in terram plerosque eruditorum deprimunt defiguntq;, ut ad arborem aureo conspicuam vellere mentis oculos attollere, exopratæque felicitatis diademate compotes fieri nequeant. Licet innumeras dæ hostibus aliis, ô mei, reportetis viatorias, inque dicendi disputandique palæstra palmā præripueritis omnibus, attamen veræ felicitatis brabéo æternum carebitis, si in gravissima adversus cupiditates vestras, effeatasque animi concitationes pugnâtiſ.

tis seignores. Alexandro tunc evadetis si-
miles, qui totius terrarum Orbis vi^ctor, sibi
ip^si frequentissimè succubuit. Sapienter
de illo Arrianus : *Alexandri praeclara faci- Arria-*
nora documento esse possunt, sive quis corporis ^{nus lib.}
viribus polleat, sive generis splendore emicet, IV. vit.
sive bellica virtute, felicitateq; Alexandrum i-
psum superet, sive Africam simul & Asiam,
(quemadmodum animo ille destinarat) perna-
vigans subjugarit, sive Europam, Asia at q; A-
frica tertiam adjunxerit, nihil hæc omnia ho-
mini AD FELICITATEM adipiscendam
profutura sunt, nisi pariter moderatio ANI-
MI accedat, quamvis res in speciem gerat ma-
ximas. Affectus igitur vobis ô literati, (an-
ne vitio mihi vertitis, quod toties hæc ve-
stris inclamem auribus ?) sunt edomandi,
& ut rationi pareant, *subjugandi*, non secus
atque Tauri & Dracones illi Colchici. Non
vicit eos Orbis ille vi^ctor, de quo dixi, Ale-
xander, qui IRACUNDIÆ, velut ignivo-
mo tauro in se impetum facienti, turpissi-
mè cessit, uti præter alios Maximus testatur.
Valerius : *Alexandrum (ait) ira sua prope-* Valerius
modum cœlo diripuit. Eundem quomodo Maximi-
Libido & Ebrietas yeluti tauri & Dracones lib. IX.
c. 3.

Gregor.
M. lib.
IIX. mo-
ral.

dejecerint, Curtius & Seneca præter alios memorarunt. Necadem vos quoque ò præclara eruditri Orbis ornamenta calamitas excipiat, foritudinem (ut Gregorius monet) iustorum imitamini, propriis conarentes voluntatisibus, delectationem vita presentis extinguentes, prosperitatis blandimenta contemnentes, omnem adversitatis metum in corde superantes, hujus denique mundi aspernentiquam refugientes. Agite igitur, pugnae periculum faciamus, hostium, literatos ubiq; graviter infestantium conatibus (divino subsidio freti) occurramus, militaremque in suscepço cum nequissimis illis salutis nostræ adversariis, vitiis inquam inter eruditos tantum non ubique regnabitibus, certamine prudentiam adhibituri, cura singulari hostium munitiones explorabimus, consilia expiscabimus, arma examinabimus, vires expendamus, ac sedentes denique cum animo nostro deliberemus, quomodo possimus cum decem millibus occurrere ei, qui viginti millibus (imò innumeris pravarum suggestionum jaculis) instructi, nostram meditantur eversionem. Sagaciter perquiramus qualē machinam cui-

cuilibet obijciamus passioni. Scrutemur
(monente Chrysostomo,) suam quisq; con-
scientiam, & consideremus, quid nam in hac
hebdomade probè actū sit, quid in alia, & quare
augmentum fecerimus ad sequentem, quas in
nobis affectiones correxerimus. Discamus Chrysost.
(ait idem) igitur t̄r. vitia nostra recensentes Homil.
ea tempore corrigamus, & hoc mensē unum, a. 82. ad
hio aliud, & ita subsequenter meliores efficia- pop. Ant.
mur. Sed & insignem illam pugnandi ra-
tionem observemus, quam Magni Chryso-
stomi discipulus Johannes Cassianus lu- Joh. Cas.
culenter hunc in modum delineavit: Ita sian. coll.
nobis adversus vitia arripienda sunt prælia, ut
uniusq; VITIUM, quo maximè infestatur
explorans, adversus illud arripiat principale
certamen, omnem curam mentis ac sollicituden-
tem erga illius impugnationem observationi-
nemq; desigens, contra illud cunctis momentis
cordis suspiria, crebraq; gemituum tela contor-
quens, inde sinentes quoque orationum fletus ad
Dominum fundens, & impugnationis sua ex-
tinctionem ab illo specialiter ac jugiter poscens.
- Cumq; se ab ea senserit absolutum, rur-
sum latebras sui cordis famili intentione perlu-
stret, & excipiat sibi, quam inter reliquas
per-

*perspexerit diriorem, atq; aduersus eam spe-
cialius omnia spiritus arma commoveat, & ita
semper validioribus superatis, celerem de resi-
duis habebit facilemq; victoriam, quia & mens
triumphorum processu reddetur fortior, & in-
firmior pugna succedens, promptiorem ei pro-
ventum præliorum faciet, ut fieri solet ab his,
qui coram Regibus mundi hujus omnigenis
congredi bestiis premiorum contemplatione
consueverunt, quod spectaculi genus, vulgo
Pancarpum nuncupatur. Hi inquam feras
quascunq; fortiores robore, vel feritatis ra-
bie conspexerint diriores, aduersus eas prima
congregationis certamen arripiunt, quibus ex-
tinctis, reliquas qua minus terribiles, minue-
que vehementes sunt, exitu faciliore proster-
nunt. Ita & vitiis semper robustioribus su-
peratis, atq; infirmioribus succendentibus, nobis*

*Basil. M. absq; ullo discrimine perfecta victoria parabi-
in Regul. tur. Ex ipso etiam Magno Basilio disca-
brev. in- mus, quam in vitiis nostris eradicandis
terrogat, tenere debeamus rationem: Quemadmo-
389. dum ait, si quis relictaradice ramos arboris ali-
cujus velit excisos, nihilominus radix manens
alios similes illis protrudit; sic quoniam pec-
cata sunt quadam (literatorum) quanascen-
di*

di principiū in se ipsis non habent, sed aliunde originem ducunt, necesse est prorsus, si quis esse ab illis liber velit, is ut causas primas peccatorum illorum stirpitus tollat, veluti **CONTENTIO & INVIDIA** (notissimæ illæ Orbis eruditæ pestes) non ex se ipsis nascuntur, sed à radice **APPETITUS GLORIÆ** pullulant. Qui enim humanam gloriam magnè facit, is ex amulatione ei obtrectat, quem in gloria esse animadvertis, aut à quo in ea superari se videt, invidet. Quocirca qui semel se ipsum invidia, contentionisve condemnavit, issi in eadem ipsa denuò vitia relapsus sit, uti q̄ intelligat, gravi se ac penitus insito cupiditatis gloria morbo, principe scil. invidia amulationis q̄ causa laborare, nimirumq; ipsum convenit contraria ratione, nempe **HU-MILITATIS** exercitationibus gloria morbum curare, ut hoc modo affectionem illam humilis animi adeptus, deinceps in ea quæ ante diximus esse cupiditatis gloria genuina non incidat, eandemq; in singulis peccatis debellandis observet rationem.

XIV. Multa, multa sunt ô LITERATI, quæ ut ita faciatis, atq; sanctissimo huic & sa-luberrimo studio incumbatis, vos comno-vera

vere debeant. Inprimis autem **VITII** cum sana literati hominis ratione pugna, continuusque **conflictus**, quandoquidem (ipsis gentilium magistris afferentibus) **vitiūm rationi atque adèò rationali naturæ ita sit dissentanteum**, ut ad ipsas bestias hominem etiam literatissimum abjiciat. Non omnino fabula est Trivenefica illa Circe apud Poëtas, quæ Ulyssis socios eousque dementavit, ut homines in belluas ac pœcudes commutaret, **Quis verò non totus cohorscat, si Virum doctrina literisque ornatussum, in bestiam commutatum intelligat?** Quam detestabilis macula pudenda que labes universo **LITERATORUM ORDINI** ex vitiorum pestiferorum confluxu accedat, quamque putidas ex coulce-
re factor erumpat, nemo satis explicet. Ni-
mirum sublata cœlesti gratia, destructaque supremæ sapientiæ arce, necessum est in-
animum profani vitiosique literati induci
enormem quandam turpitudinem, labem,
pestem, fœditatem, horrendamque adèò
avias θησίαν, ut peccator oculis animi capitus, ac sensibus quasi omnibus destitutus,
neque videat quicquam, neque omnino
per-

percipiat, cumque veluti phreneticum aut
 peste infectum sani bonique omnes dete-
 stentur. Ut hinc minus mirum videri de-
 beat, si ipsa DIVINA MAJESTAS ex infam-
 i adeò prostibulo, pudendaque vitiorum
 turpissimorum sentinâ singularem suam
 præsentiam, gratiam, donorumque emi-
 nentiam subtrahat, mox verò tartarei dæ-
 mones monstra illa tetra & horrida veluti
 in vacuam τῶν δακρύων, h. e. pseudo-sapiē-
 tum illorū domū subintrent, teterimā ibi
 tyrannide dominantur, & miseros Musarū
 filios tanquā stygia quædā mancipia, ini-
 quitatū suarum funibus constricta, in o-
 mniū abrupta vitiorum, imò extremi exi-
 tii barathrum pertrahant. Nonne ò LITE-
 R ATI hæc sūt ejusmodi, quæ Vos movere
 debeant, ut è dirissimo tartarei hostis man-
 cipatu ad veram piè doctorum hominum
 libertatem aspirare debeatis quantocvus,
 è porcorum harâ redire ad benignissimum
 parentem, deque exuendâ indignissima il-
 la servitute seria vobiscum agitare consilia.
 Ast dicetis forsitan profundo sepulti le-
 charge: *Justi sumus, non indigemus paenitentia,*
nulla perperam gestorum conscientia
inqvie-

inquietamur. Auferat à vobis Numen benignissimum periculosam adeò principis tenebrarum catapultam! Cavete obsecro, ne detestabiles ejusmodi cogitationes vestros unquam subeant animos, planissimè potius vobis persuasum sit, neminem (ut scitè ait Laetantiūs) tam justum esse posse, ut nunquam sit ei necessaria pænitentia. Considerate diligentius cunctas domūs interioris semitas, cordisque vestri cubiculum ingrediamini, exploraturi quantis eousq; involuti errorib^o, in quā turpia flagitia insānasq; fueritis abducti. *Hoc nos* (literatos) ait *Seneca* *pessimos* facit, quod nemo vitā suā respicit. 84. *spiciat, quid facturi simus cogitamus, & id rārō : quid fecerimus non cogitamus ; at qui consilium futuri ex praterito venit.* Ne itaque Vos, ô Literati Christiani è profani cujusdam & damnaficis umbrarum ethnicarum tenebris obnupti hominis judicio evadatis *pessimi*, VITAM vestram respicite accuratius, quid feceritis diligentissimè cogitate, nec generalem solum de extirpandis vitiis fovete sollicitudinem, verum peculiarem (ut antea diximus) adversus unumquodque instituite luctam, donec singula propter-

sternantur penitus. Sive turpi *IMPIETATIS* cœno fueritis maculati, sive fa-
 stu immenso excoecati, sive *inanem* sestatim
gloriam, sive *Invidia* & *æmulationis* labore
 corrupti, sive *Ambitionis* infrunitæ cœstro
 perciti, sive *Contentionis* immodicæ pesti-
 lenti sidere afflati, sive *Maledicentia* mor-
 bo occupati, sive *Avaritia* insatiabilis
 pondere pressi, sive denique *Noxie* *Curiosi-
 tatis* amore deformati : tunc specialius
 atque diligentius instituatis scrutinium,
 atque pii cuiusdam Viri monito obedien-
 tes; *VITIUM* quo maximè laboratis diligenter *Entropi-
 gentissimè* exploreatis, & adversus illud prin-
 cipale arripiatis certamen, sanctoq; Chry-
 sostomo auscultantes : *Discatis* & *vitiā* *Chrysost.*
vestra recensere, & tempestivè corrigere, hoc *Homil.*
mense unum, alio aliud; ita ut subsequenter 82. ad
 meliores efficiamini. Quoties equidem pop. *Ant.*
 propria mihi ad animum mala revoco, &
 conscientiam perperam gestorum pono
 ante oculos, quā otiosè pridem (licet Deo
 in prima ætate consecratus) cum profanis
 seculi mancipiis fuerim negotiosus, nihil-
 que egerim dum perficere volui omnia,
 quam inutiliter ipse ineptiverim diutius,
 venatus fumos, umbrasq; sestatim, quam

ardua tenuesque superantia vires in animo volutarim, quam turpiter sæpè à vero aberraverim scopo, atque perniciiosis illis Satanæ catapultis, ELATIONE ANI-MI, PHILAUTIA, INANIS GLORIÆ pariter ac infructuosæ CURIOSITATIS amore studioque, veluti gravissimis ponderibus ita fuerim depresso, ut nominis mei mensuram neutiquā adimplere, neq; eructos mentis oculos ad cœlestem AMOREM attollere potuerim, densissimis ut plurimum tenebris immersus; Quoties inquam pristinum meum, h. e miseri cuiusdam erroris statum memori pectore intueor, toties cura me versat atque cogitatio, non solum qua ratione vitiosis illis affectionibus que mentem hæc tenus (ut cum Ephramo Syro loquar) varie distractam te-

Ephram. nuere, atq; per animi elationem occulta mea Syrus in in tertio de compunct. etern. vulnera frequenter instauravere, sacrum indicere bellum, verum etiam in emendandis reducendisque ad salutis semitam fratribus meis operam collocare queam salutarem. Hinc est quod cunctos Literati Orbis incolas per DEI attributa, per Christi meritum, per salutem eorum sempiternam rogem atq; obtester, ut intra

tra se ipsos reversi, non solum cuncta vi-
tae præteritæ scelera detestentur atq; ad-
versus illa deinceps fortissimè decerent,
verum etiam latens illud, & ex innume-
ris naufragiis infame saxum (RELATI-
PSUM intelligo) devitent, in quod gra-
viter haec tenus omnes illi impegnere, qui
arrepta quidem poenitentia tabulâ ex pri-
ori jactura in portum enatarunt, ast nave
refecta, recuperatisque mercibus, non
providam satis curam justâque sollici-
tudinem in cavendis funestis exitiosisque
vitiorum scopolis adhibuere, perpetuæ
tandem justo DEI judicio dati interne-
cione. **FILI PECCASTI ? NE ADIICI-** Ecclesiast.
AS ITERUM, optimè quondam monu- cap. 21.
it sapiens. *Quid juvaret* (ait alius) *la-
crymis faciem lavisse, si iterum iisdem aut
faerioribus peccatorum sordibus ea macule-
tur ? Talem prævaricatorem literatum*
haud abs recum Bernhardo sentinæ com- Bernard.
parabimus, ex qua quantum effluit, tan- serm. de
tum influit oxyus, ita ut nunquam ex- convers.
hauriatur. *ad Clericis
cosse. 71*

*Qui pedis offensi lapidem visare secundo
Nescit, & insanos iterum vexaveris artus,
Impunit ipse sibi, nec casibus impunit nullis.*

F 2

Corrige

*Corrigere delictum fidamine corrigere mentem,
Sufficiat peccare scelus, desiste vereri.*

Ita ad lapsum Senatorem olim Cyprianus,
Cypr. ad Sen. laps. *Et quia Dux in pratio (verba Gregorii M.
adscribo) plus eum militem diligis, qui post
fugam reversus hostem fortiter premit, quam
illum qui nunquam terga prabuit, & nun-
quam aliquid fortiter gessit; major q[ui] prein-
DEO & angelis latitia de uno lapso resurgen-
te ad bonam frugem quam de multis molliter
se gerentibus, licet nunquam collapsis; hinc
quilibet literatorum facile intelligit, gau-
dium à Deo & angelis de regressu ad bo-
nam vitam receptum, protinus per rela-
psum disperdi, inque dulcissimum cœle-
stis mensæ cibum immitti plusquam ab-
sinthiale amaritudinem, *Noli (ait os*
Chrysost. de laps. *peccare post veniam, noli vulnera-*
ri post curam, noli sordidari post gratiam Co-
primi gita ô homo & literate) gravem custodi esse
hominem, post veniam; renovatum unde peius dolere post
curam, molestius hominem sordidari post gratiam.
Et paulò post: Grave est hominem iuratum de-
linquere; gravitas absolutione peccare; seruo peior
est qui patronum post datam libertatem offendit.
Quodsi auream hanc sed plumbō graviorem
sententiam ad animum VOBIS ô LITERATA
pectora serio revocaveritis, causā discetū pal-
*mari-**

mariam, cur gravior ipso lapsu sit *Relapsus*, si lapsum priorem excusat naturæ vestræ imbecillitas, relapsus isque frequentior argumento est malum altissimas in cordibus vestris egisse radices, atque de recuperanda sanitate tantum non penitus esse conclamatum. *Jam quidem* [ita præclarè Tertullianus, in quinto libri de pœnitentia capite, teterimum literati relabentis statum delineaturus scribit,] *nullum* i. l. de pœgnorantia pretextum tibi patrocinatur, quod Domini nit. c. 5. no agnita, præcepisq; ejus admissis, deniq; pœnitentia delictorum funetus, rursus Te in delicta restituis. Ita in quantum ignorancia segregaris, in tantum contumacia adglutinaris: *Nam si idcirco* Te deliquisse pœnituerat, quia Dominum corporasime re, cur quod mea gracia gessisti, rescindere malueristi, nisi quia metuere desisti? *Neg;* enim timorem alia res quam contumacia subvertit. - - - *Cato* rum non leviter in Dominum peccat, qui cum ambo ejus diabolo pœnitentiâ renunciasset, & hoc nomine illum Domino subiecisset, rursus eundem reprobus suo erigit, & exultationem ejus se ipsum facit, in denuò malus recuperata prædator adversus Dominum gaudeat. *Nonne*, quod dicere quoque periculofsum est, sed ad edificationem preferendum est, dñabolum Domino preparavit, comparacionem enim uidetur egisse, qui utramq; cognoverit, & judicato pronunciasse cum meliorem, cuius serurus esse maluerit, - - eritq; tanto magis exosus D E O, quantib; amulo ejus acceptus. Quandoquidem verò magna incoluntur pars, nōesse recidivorum radices,

dices, ut fibris excisis malum penitus exscindatur, duas VOBIS, ô MEI, relapsuum causas amplius dabo expendendas : Una est DÆMONIS IN IMPUGNANDIS CONVERSIS (præsertim Literatis) IMPORTUNITAS ; cum enim probè sciat ex relapsione rursum se suo jure ac dominio in hominem potiri, magisque difficilem inde fugam reddi & exitum , nihil magis nequissimus ille humani generis adversarius molitur, quam ut stantes Viros eruditos rursus dejiciat , inque abominandam suam retrahat potestatem. *Tunc scilicet (ut præclarè Isidorus Hispalensis) magis gravari nos impulso vitiorum agnoscimus, dum ad DEI proprius accidimus cognitionem, sicuti populus Israëliticus gravore onere ab Ægyptiis premebatur dum per Massen à dura servitutis iugo esset liberandus.*

*Isidor.
in lib. de
conversis
cap. 3.*

NB.

VITIA enim ante conversionem quasi pacem in homine habent, quando autem expelluntur acriore confurgunt virtute, ac sicuti conversionem præcedit turba peccatorum , ita etiam sequuntur TURBA TENTATIONUM. Dormiendum igitur vobis ô LITERATI non est, neque otiadum, arma (ut antea monui) tenenda in manu , excitandus contra tentationum hujusmodi diabolicarum machinas animus , fortiterq; & constanter obſtendum, ut consistatis in gradu, nec dejiciamini, immò viatores tandem aliquando evadatis. E sua machina Vos pugnantes DEUS ipſe contemplabitur, juvabit ut potentissimos pariter ac callidissimos hostes vincatis, variarum calamitatum

tatum mole pressis vitam ac vires tribuet ejus gloriæ propagandæ sufficietes, multosque ad justitiam erudientibus sempiternæ gloriæ coronam aliquando imponet.

XV. Verum ab inæstimabilis hujus felicitatis fastigio Vos [ni præcaveritis sollicitè] deturbare conabitur altera illa [quam indigetavi] relapsionum causa, INOLITA nimirum VITIORUM CONVENTUDO, habitusq; crebris actionibus perversis acquisitus, qui cum uno altero e virtutis actu non statim expellatur, præsertim si diuturnitate & frequentia fuerit corroboratus; hinc tanto majori curâ studioq; VOBIS al-laborandum, ut vitiorum memoratorum pestes eradicentur potius, quam superficie tenus duntaxat eradantur. *Excisam*, (notanter ait Bernardus) *non extirpatam arborem in sylvam Berno-pullulare videt densorem*; quod periculum si ve-*Sermitis declinare securum imponas necesse est ad RADI. de assu-*
CES arboris, non ramos. Ne igitur noxiæ af-*B.M.V.*
fectionum vestrarum arbores herbæq; mox re-
pullulent, magisq; luxurient, radices etiam pe-
nitissimæq; fibræ [quantum fieri poterit] *sunt evellendæ, atq; ni retrahi velitis in dirissimam*
illam peccati servitutem, invigilandum ap-
primè, atq; pro virili insudandum erit passio-
num inclinationumq; perversarum dominio,
contendendumq; sollicitè, ut vitiorum conve-
rudines per frequentiores virtutum contraria-
rum actus è medio tollantur. Secus si agatis [ap-
positè non minus quam præclarè ait Dorothe-
us]

Doroth.
serm. X.
p. 139.


us] & studio professionis vestre non ritè incumbatis,
non modo nullum imperabitis fructum , verum eti-
am inconsideratè vestram finieris vitam , tempuque
frustra consumetis huc atq; illuc omni vento circum-
acti . Auferat Deus à Vobis ô præclara Orbis
eruditı ornamenta mentes impuras infectasque
siti gloriæ, amore proprio, odio proximi , atq;
execrabilı studio pecuniarum contaminatas, o-
mnem contentionis, maledicentiæ, vindictæq;
privatae in vobis exterminet appetitum, deniq;
prohibeat quo minus tempus negotiis super-
vacaneis impendatis , quæ utut semper turpia
non sint , certè hoc ipso perniciofa existunt,
quod à curis Vos avocent magis necessariis, in-
decora autem , quod personis nobiliori mini-
sterio consecratis, neutiquam convenient. Eti-
iam atq; etiam Vos cunctos ô literati [Magno
Chrysostomo præeunte] rogo atq; obrestor , ut

Jo.
Chrys.
Hom. 77.
ad pop.
Ant.

quaq, DEFECTUM à quo vexari se noverit , ex u-
nima precidere studeat , & PIA quādam cogitatio-
ne, quasi spirituali utens gladio VITIACUNcta pra-
seindat . Igitur faciatis Vos similiter, & vivetis.
Atq; hic erit unicus cujuscunq; mei in scribē-
do, vestri in legendō laboris fructus, quem ut u-
trinq; decerpamus, inq; sinceræ pietatis semita
magis magisq; procedendo, tandem aliquando
ad veræ sempiternæq; felicitatis metam pertin-
gamus , TER-Maximum Numen pro bonitate
sua inenarrabili clementissimè
largiatur !



COM-



COMMENTATIO I.
DE
LITERATORUM
QUORUNDAM IMPIE-
TATE
SEU
ATHESMO.

I.

Mnium scaturigo VITIO-
RUM, omnium matrix cala-
mitatum, quæ cataclysmi in-
star Orbem LITERATUM ha-
stenus inundarunt, atq; veh-
ementiori quodam impetu
sunt adortæ, IMPIETAS est, DEUM aut pa-
lam nesciens, ac omnino nullum putans, aug-
rerum humanarum negligentem, eaque pro-
pter insano planè ausu sinceræ pietatis arant

G

cal-

calcibus petens, atque execrandas mortalium etiam doctissimis de omnium religionum vanitate ac falsitate suggerens cogitationes, nec raro Viros literarum studiis insignes pro impudentia sua sollicitans, ut personatos agant hypocritas, specieque & forma pietatis externâ contenti, μόρΦωσις duntaxat (ut Apostolus loquitur) habeant τῆς εὐσεβείας, verbi divini respuant magisterium, nec unquam in spiritu vivere cogitent, denique eò impietatis prolabantur, ut Deum apertè negare abjurareq; inducant in animum. Et licet usus obtinuerit, ut nefarii solum Creatoris Conditorisque Maximi contemptores vocentur IMPII, liquidò tamen apertèque satis constat, non contemptu solum & abnegatione SS. Numinis Literatos quosdam enormem suam prodere impietatem, sed modis insuper multivariis prava erga D E U M ejusque cultum adfectis detestanda dare documenta: vel admirandam ejus impetentes providentiam, siquidem in eruditorum etiam cœtu:

*Sunt qui in fortuna jam easibus omnia ponunt,
Et nullo credunt mundum rectore moveri;
Vel DEUM in curandis rebus humanis negligenter, imò injustitiae & crudelitatis arguentes, vel Nomen ejus Sacrosanctum dehonestantes, profanè satis scepticeque de rebus divinis differentes, prava ubiq; & impia disseminantes dogmata, irridentes etiam contemnentes, ac blasphem-*

blasphemantes supremam Majestatem , vel tentantes impiè ; cultum Deo debitum creaturis , ipsisque dæmonibus exhibentes , nec ut decet DEUM verum investigantes , nimis autem curiosè arcana cœlestia perscrutantes , judicia DEI impudenter reprehendentes , cum ipso Numine temerè interdum contendentes & disputantes ; quoties res adversæ dubiæque animos ipsorum pulsant , Dominum non requirentes , nec ipsi ex animo confidentes , peccatis verò suis iratum nunquam placare laborantes ; veros Dei pietatisque cultores plusquam vatiniano prosequentes odio , nulloque non injuriarum genere afficientes Viros innocentissimos ; cæterum parcè admodum orantes , Deo-
qué frigidè satis supplicantes , (sicuti Maxi- Max:
Tyrius
diff. I.
mus Tyrius olim contendit nullatenus DE-
UM colendum esse precibus , quoniam sive
orans sit malus , exauditurus DEUS non sit ; si-
ve bonus , DEUS illi etiam non oranti neces-
faria cuncta sit largitus) publicum quoque
privatumq; Dei negligentes cultum , adeoque
grates illi male agentes , dona beneficiaq;
cœlestia propriæ industriæ , ingenio , studioque in-
defesso attribuentes , denique verbo DEI reve-
lato minimè obtemperantes , sed suo duntaxat
viventes arbitrio . Prolixum equidem foret
arduumque nimis universum hoc impietatis
pseudo-literariæ excutere seminarium , quod-
que miseros adeò facit eruditorum plurimos ,

cunctis suis coloribus depingere IMPIETATIS scelus. Posthabitum itaque cæteris της αἰσθέας pudendæ criteriis, præcipuè nunc ipsum ex Orbe Literato propullulantem inq; verè INFELICES quosdam literatos grassantem ATHEISMUM considerabimus, summè detestandam illam studiorum elegantiorum pestem, genimen istud viperarum infernalium, atque literati Orbis probrum execrabilis in perpetuum [si fieri possit] relegaturi, virosque eruditos spissis adeò tenebris aliquandiu detentos ad clarissimam veritatis optatæque felicitatis lucem cœlesti ope revo-
caturi.

II. Non abs re impurissimam illam αἰθεότητος sectam, cui nimio plures etiam literati huc usque nomen dedere, Vir quidam egregius novissimum Cacodæmonis fœtum nuncupavit, qui laboret summoperè, ut in polytheismi gentilis locum ATHEISMUS, Numini haud minus injuriosus, substituatur. Non ego fulmen reformido Jovis, nec Jovem fateor esse præstantiorem me DEUM, ajebat quondam Cyclops immanis, cui perquam similes illi sunt literati, qui patefactæ tot illustribus documentis veritati pertinacissimè renituntur, atque cum insipientibus cæteris detestandum illud axioma chartis inscribunt & infigunt cordibus : NON EST DEUS. Ecquis Philotheus toto non contremiseret pectore, si in
Orbe

Orbe etiam Christiano - literato talia hominum monstrâ talesque reperiri intelligat doctores maleferiatos, qui omni religione ac pietate conculcata, SS. Numinis ejusque verbi [lucis æternæ veritatis] splendorem detestandis suis sarcasmis extingvere laborent, haudquam suum dissimulantes virus, sed dictis pariter ac scriptis perniciossimis ubique illud effundentes, religionem externè interdum collentes, sed nullam habentes, DEI nomen in ore, in corde nunquam circumferentes, incepta concepta opinione sua nefaria plus momenti ponentes, quam in DEI monitis, Christique præceptis aut pollicitis. De Sabinis olim familiariter dicebatur : *Somniant quod volunt;* id locum magis habere videtur in omni genere literatorum atheistorum, quippe qui DEUM non esse somnient, cum animos ab omni ejus reverentia cultuque protinus habeant alienos, haudquaque reformidantes retro omnium seculorum & sapientum consensum. Refugerem equidem efferre tantum ævi nostri. Orbisque erudit probrum, nisi vel me silente satis abunde constaret, in ea nos incidisse tempora, quibus profanè-doctorum aliqui eandem cum insipientibus illis à Vate regio nota-*ps. XIV.* tis inflare tibiam summo opere contenderunt. *v. 1.* Quantumvis enim pluribus persuasum sit, eorum qui DEUM huc usque negarunt, vel pestilentissimæ Atheorum sectæ nomine dede-
G 3 runt,

runt ex *VIRIS* eruditis vel nullos esse, vel pati-
cissimos, hominum portenta potius quam ho-
mines, nullaque intelligendi dijudicandi que
facultate præditos; attamen eo(eheu!) nos vi-
vere ævo, quo plus quā Cyclopica & barbarica
cogitata animos eruditorum quorundā sube-
ant, variæ Theologorum aliorumq; piorum ac
cordatorum virorum clamant querelæ , nimi-
rum quod (dicente nonnemine ,) complures e-
tiam ex eruditorum sūt cœtu, qui animo negent di-
vinitatem, non tamen ita passim sūt noti , siquidem
legum metu preuant hoc suum mysterium , nec e-
vulgare id audirent nisi apud familiares. Et cum
piè-literatorum alius pronunciare non dubi-
taverit, hodiè nullam sectam , nullam religio-
nem esse , locorum amplitudine vel Regionum
& provinciarum diversitate secta ἀθεϊστος
numerorem ; imò Mario Mersenno traden-
te, vix quisquam apud Gallos sit, qui non fa-
teatur , nefandum illum errorem urbes ple-
rasque ita inficere , ut jam atheismo fami-
liaria plurimorum colloquia scateant, & seriæ
multorum maleferiatorum cogitationes in
RATIONIBUS INVESTIGANDIS impen-
dantur, quibus DEUM ex mente hominum &
è medio tollant , ex consequenti atheismum
plenis velis introducant ; vix ullus dubio locus
est, quin passim eruditorum etiam hominum
plurimi è labe infecti , atræque istiūs loliginis
succo tincti polluti que inveniantur. Si Athei
appell-

*Mar.
Mersen-
num
Comm.
in cap. I.
Gen. f.
233.*

appellatio accipiatur pro eo , qui nullam religionem externè in alicujus Ecclesiæ communione profitetur , non exiguis sanè ejusmodi atheistorū in Orbe erudito numerus invenietur ; si quis verò eos hoc notet stigmate , qui in negotio religionis velificantur , talibus quoque Societas literaria destituetur minimè . Pudenda etiam vita morumque inter literatos corruptio (quam toto hoc incusavimus opere ,) luculentum mali istius magis magisque invalescentis facit indicium . *Latius certè pestis hac serpuit* (ita ad me olim scripsit insignis Conf. E-
Theolog⁹ D.P.I.S. alibi etiam economice pift. de laudatus) quam quisquam cogitare posset , & p. 5. Eradic. vereor ne brevi tempore aliquam in Germania nostra quod hoc scelus attinet videamus Italianam vel Galliam , quam multi enim ex illis peregrinis terris (forsitan ex habitu familiari cum eruditis variis colloquio) nihil prater hoc unum adferunt , de quo sibi intime gratulantur , felices si omnino nihil reportassent futuri . Intercessit mihi non cum uno multa familiaritas & consuetudo , & horret sapè animus repetere qua ab illis nefanda andita ; usq; adeo ut mirarentur , aliquos EMUNCTORIS nasi esse , qui non arcano in pectore idem ipsorum statuant , sed sibi certò per-

96 COMMENT. I. DE LITER. QUORUND. IMP.
per suadeant quae religionis, in primis Christianae sunt. Unus aliquando eò audacia procedebat, ut de Augustino aliisque qui inter Patres paulò doctiores & prudentiores fuisse sent, imò de plerisque in V. T. apud Iudeos Heroibus, quorum etiam sacra scripta nunc veneramur, dubitare nolle in eodem fuisse censu, quaque voce & calamo pro religione eggerint, ex necessitate persona egisse. Nonne stant comæcum hæc audimus, vel dicimus relata? Quis itaque inficias ire auderet, maximum in erudito etiam Orbe atheorum esse numerum, nosque in ea incidisse tempora, in quibus infatuati quidam sapientes omnem pro ludibrio habent religionem, ac neminem pro Viro verè docto, qui atheistā non sit, habendum esse existimant. Ades mens, (ita haud abs re cum Viro quodam egregio quilibet piè-dotorum dicat,) stile manus, exsurgite & incalceite ad illum afferendum, qui vos fecit, direxit, morietur! Nam mihi quidem, que, non dicam amicitia sed usus vel notitia cum illo sit, qui à communis societate & sensu hominum se abjunxit. Si Tertullianus inter Ponti Euxini barbaros sedesque eorum incertas, nihil tam barbarum ac triste reperit, quam quod ibi Marcion natus esset, qui duos Dèos adserebat tanquam duas naufragias fui symplegadas; quid obsecro de illis dicemus eruditæ Orbis carcinomatibus, qui non Deorum

rum pluralitatem non binarium invehunt, sed omnem abnegant divinitatem, omnem divini Numinis cultum & reverentiam abjiciunt, inque disseminandis istis zizaniis unicè occupantur.

III. Non equidem inficias ire conabor, plurimos ex Eruditorum Virorum cœtu injuste & immerito isthoc extremæ impietatis sive atheismi stigmate fuisse notatos, atque nonnisi malevolorum nequitia infâmi Theomachorum albo insertos. Nolim tale quid de Erasmo Roterdamo suspicari, aut Lucianismi eum cum quibusdam accusare temerariis. Aliud sane in illo fuit religionis, lectionis sacræ & rerum divinarum studium, & quamvis judicio non nullorum fuerit quandoque in negotio religiōnis nimis politicus, inq[ue] doctrinâ de Trinitate scepticus, inde tamen nemo evincet, il. p. 14. *Conf. E-*
pist. de rad. ath.
Author
anonymus
animad-
vers. in
Histor.
c. II.
p. 4.

Ium atheistis ipsis esse accensendum, aut infamî Luciani cuiusdam recentioris nomine traducendum, quo etiam probro anonymous quidam Censor Philippū Melanchtonem, ipsumq[ue] animad Jac. A. Thuanum præter omnem veri speciem infamavit. Ac licet aliqui eruditorum atheisti propterea fuerint participes, quod causam Thuan pietatis perperam agendo atheismum imprudentes promoverint, ideo tamen atrocissimi illius criminis peragere reos, nimis inhumani, nimis rigidum, imò extremæ temeritatis opus haud abs revideretur. Non exi-

98 COMMENT. I. DE LITER. QUORUND. IMP.
guus forsitan inter doctos est numerus *Tentatorum*, qui substitutis immotæ veritatis fulcris erigendi potius, quam veluti putida ac emortua membra statim resecandi. Multa multa sunt, quæ in excellentis doctrinæ hominibus sanos de religione sensus corrumpere solent, cum vero valdè simile sit, eos qui frequenter gentilium libros volvunt, colorem quempiam trahere profanitatis, à quo nescio annon ipse sibi aliquando metuerit Hieronymus, dum narrat se pro tribunali divino in somnis vapulasse, quod Ciceronianus magis quam Christianus esset. Et cum Doctorum Ecclesiasticorum tam veterum quam recentiorum scripta comparanti mirabilis occurrat dogmatum dissensio, & variæ hinc suboriantur dubitationes, fieri facile poteſt, ut literatus solida veritatis cognitione destitutus, suisque actus cupiditatibus in ea incidat, quæ fidem ejus labefactare, & periculose quendam γογγυσμὸν καὶ διαλογισμὸν murmurationem & disceptationem contentare queant, neque propterea tamen atheismi accusarem tales omnigenæ eruditionis supellecstile instructissimos Viros. Is in scripturis ἐμπάκτης nuncupatur, h.e. irrisor seu atheistus, qui omnem revelatam veritatem, redargutionem pariter ac demonstrationem eludere floccique facere non dubitat, & putidos quoque fucos infrunitæ suæ substernit libidini, absurdis insuper suis philosophematis ita ſæpè indul-

indulget, ut tantum non omnia scepticis Lu-
cianistisque concedendo in profundissimum
atheismi barathrum ipse tandem prolabatur.
Optandum equidem foret, ut in censum hunc
nemo ex ordine literatorum esset referendus,
utque perniciosa ista exitiosaque labe caruis-
sent cuncta doctrinæ abstrusioris sacraria! Fuere
equidem multi stupenda eruditionis Viri ipsis
professionis fideique suæ sociis non præter rem
atheismi nomine suspecti, quod conquisitas
doctrinæ multivariæ opes ad stabiliendam de-
speratam τῶν ἀθέων causam duxerint adhi-
bendas. Quemadmodum de Cæsare Cremo-
nino non ignobili Philosopho Patavino diser-
te Jo. Imperialis in Museo suo historico enun-
ciavit, *cum deteiores & reprobatores de re- per. Mus.*
bus physicis sensus acrius defendisse, quam Hist. p.
orthodoxæ fidei alumno liceret, divinos ni- 174.
mirum hominum spiritus cum brutis commu-
nescierisse, corruptionique obnoxios reddidisse
vesano rationis ausu. Nec Cremoninum
solum, verum etiam Jacobum Zabarellam im-
penitus impugnasse animæ immortalitatem, ac
simil haud obscura latentis atheismi docu-
menta dedisse, idem Imperialis est contestatus.
Quæ de Angelo Politiano, Hermolao Barba-
ro, Hieronymo Cardano, aliisque literatori-
bus atque poëtis vulgo perhibentur, talia equi-
dem sunt, quæ Luçianismi eosvel Epicureismi
suspe-

suspectos reddere queant, convincere verò minime. De Angelo Politiano quidem Jo. Pier. Valerianus scribit, exitum ei obtigisse professi-

Jo. Pier. *sub vita finem in tantam inciderit agritudo infel.* *dinem, ut in multis & variis molestiis cogi-*
lib. II. *tationibus q̄ consolationem nullam admitte-*

re voluerit, atque ita demum dolore mortis tanta-
aque confectus expirarit, quodque illi longè
fuit infelicius, quidam mortis etiam voluntaria
causam universo terrarum Orbi magna-

cum ejus infamia propalarunt. Tantum ve-
rò abest ut casu hoc Politiani cautiores melio-

resque facti sint literatorum alii, ut potius (di-

Theophil *decente Theophilo Raynaudo) ita natura repu-*

Rayn. *ignarint, ut passi sint sibi ex animo exsculpi e-*

limine *am quam illa mentibus nostris impressit Dei*

Theol. *cognitionem, quod scelus etate sua duo flam-*

mat. *mis expiarint in duabus præcipuis Gallia ur-*

bibus; *nimirum Godofredus à Valle, libri ne-*

fandi de arte nibil credendi author, Parisiis com-

bustus, & Julius Cæsar Vaninus, scelestus ille a-

theismi Apostolus, Tolosæ anno ævi currentis

decimo nono ad flamas damnatus. Quis hu-

jus farinæ homines literatos, omnium INFE-

LICISSIMOS nuncupare dubitaret, quippe

qui nobilissimas ingenii sui doctrinæque haud

vulgaris copias ad fidei ac religionis excidium

scele-

21. B. M. SEU ATHEISMO Magdal. 191
sceleratissimè adhibere, atque SS. Numinis (nō
vorum Gigantum instar) bellum indicere non
sunt veriti, cum primis infamis ille Vaninus, qui *Confr.*
aliquamdiu virus suum ita texit, ut nova quā- *Scrutina-*
dam methodo atheorum præ se tulerit convi- *nost. p.*
ctionem. Magno siquidem in speciem moli- *19. seqq.*
mine, libroque peculiari, quem *Amphitheat.* *Amphi-*
trum vocavit aeterna providentia divino-magnum, theatru
providentiam divinam adversus Philosophos *hoc vania-*
veteres, Epicureos cum primis, Peripateticos & ni pro-
Stoicos defendere instituit, revera tamen ubi- *diit Lug-*
que turpiter destituit, atque prostituit, id a- *dans*
gens sollicitè, ut incautiores, [si videat tantum *I615.*]
Atlantem tam raris atque tam novis ex Philo-
sophiâ pariter ac Theologia machinis adhibi-
tis, argumentorum ab atheis confictorum mo-
menta & pondera sustinere non potuisse] in
scepticismum imò ipsum atheismum sponte sua
prolabantur. Hoc scil. novissimum illud est
τὰ μυριοτέχνηα inventum, quod Vaninum *felicissimum*
tantoperè obfascinavit, ut ad ex-
tremum usque vitæ suæ terminum scelestam
propugnare sententiam, atque de DEO pro lu-
bitu suo statuendi libertatem postulare non de-
sierit. Cumque more solito imponeretur illi,
ut à DEO, Rege, & justitia veniam postularet,
negavit se id facturum; non à DEO, quan-
doquidem eum esse certum non esset, nec ipse
crederet, non à Rege, quod nihil in eum pec-
casset, non à justitia sive judicibus, quod nec in
H 3 eos

eos delinquisset, si diaboli essent in inferno , ut quidem hoc credi & dici soleat , se devoturum judices , ut ab illis auferantur . Alii perhibent scelestum illum dixisse , se potius deprecatum ut vindicaret , sed quia certum non esset D E U M & diabolos esse , ideo nec veniam à D E O & judicibus petiturum , neque vindictam imploraturum . Memorabilis etiam extat de hoc Vanini supplicio relatio B. Grammondi B.Gram. celebris Gallorum historici in h. m. Erat illi lib. 3. H. - in extremis adspexitus ferox & horridus , in stori. pag. quieta mens , anxium quodcunque loquebatur , 210. & quanquam philosophice mori se clamabat identidem , finisse ut brutum nemo negaverit . Antequam rogo subderetur ignis , iussusque sacrilegam lingua cultro submittere , negat , neque exerit , nisi forcipum vi apprehensam carnifex ferro absindit . Non aliis vociferatio horridior , diceres mugere item bovem . Reliqua absumvit ignis , in aërem sparsi cineres . Hic Vanini finis , cuà quanta fuerit constantia probat bellusinus in morte clamor . Vidi ego in custodia , vidi in patibulo , videram antequam subiret vincula . Flagitosus in libertate , & voluptatum fecitator avidus , in carcere Catholicus , in extremis omni philosophia praesidio destitutus , amens

amens moritur. Vivens arcana naturae se-
tabatur, Medicumque sapiebat magis quam
Theologum, quanquam pro Theologo audiri an-
mabat. Captus cum ipso supellex omnis, in-
ventusque inclusus vase crystallino immanis
inter aquas bufo. Objecitibus veneficium,
respondit ex vivo bufone postquam ad ignem
liquatus fuerit, malo remedium esse etiam
lethali. In carcere sacramentis frequenter
uitebatur, dissimulans astutè conscientiam, u-
bi videt creptam spem vitae, larvam exuit,
qualisque vixerat, moritur. Et cum infamis
hic atheorum literatorum aquila Vaninus an-
tequam Tolosæ vivicumburio esset è medio
sublatus, publicè fassus sit, Neapoli tredecim
emissos, qui venenum hoc per omnem Euro-
pam spargerent, sibi autem designatione certa
Lutetiam contigisse, ubi strenuè execribili i-
sto functus sit munere ; mirum adeò non est,
quod ab eo tempore ejusmodi nebulonum so-
cetas in immensum excreverit numerum, sola-
que Lutetia Mersenno teste circa annum ævi
hujus tertium & vigesimum plusquam quin-
quaginta τῶν αὐτῶν millia comprehendenterit,
inque unica domo sæpè duodecim reperti sint
istam vomentes impietatem. *Ne quis suspicere Mar-*
tur me inuria conqueri, vel paucos vel nullos Merseni
esse qui DEUM negent, scias velim non sa- Comme-
lumne
H. 4

in Genes. p. 671. *lum in Gallia, sed etiam in aliis regnis tam
tam esse nefandorum atheorum multitudi-
nem, ut jure mirari possimus, quomodo DE-
US eos vivere sinat, quippe qui bonitatem in-
finitam in eis ad respicientiam expectandis
effudit.* *Quis verò tantam atheistorum turbam*

*Conf. c-
jud.* *hominibus literatis credat fuisse destitutam,*
*Mer-
senni* *præsertim cum eodē Mersenno teste non pauci*
prefat. *insanis interrogationibus & spiculis tartareis à
Cacodæmone fabricatis fideles sæpè hunc in*
modum sint aggressi : UBI EST DEUS TU-

oper. ad US ? Cur alium tibi fingis præter rationem ?
Johanne *An Numen aliquod abest, si sit prudentia ?*
Franc. *Nunquid omnis cultus ideo fictus est, ut popu-*
de Gon- *lus in officio contineatur? &c. Quinam alii*
dy Ar- *quam eruditi, qui eodem authore tradente,*
ebi-Epi- *nullum credunt verè DOCTUM, qui non sit*

*scop. Pa-
rif.* *CATHEISTA ? Nec leviter hactenus literis*
Idem *tincti fuere illi Gallorum DEISTÆ, qui Deum*
Mers. in *absque justitia fingunt atque providentia, & o-*
prefat. *mnia quæ Sacræ profanæque paginæ de illo re-*
ad lecto- *ferunt, fabulis accensenda pronunciant. Ma-*
rem. *deo à vi hujus scriptor Petrus Firmianus, de*

Idem l. c. p. 1830. *nefario quodam literatorum atheistorum gym-*

Petrus *nasio à multis intempesta nocte Luætiæ olim*
Firmia- *frequentato prodiit, quæ cum non usque a-*

Genia *deo tritassit aut vulgaria, nec parum lucis huic*
Seculo. *de Literatorum Atheismo conciliare Com-*

men-

mentationi videantur, ideo cum pluribus de-
nuò ea duxi communicanda :

Ignota (*scribit ille*) vobis lo-
quar. Etiam impiæ fortitudinis (*b. e.*
nequitia atheistica) schola fuit. Ur-
bem quæritis ? Ea est, cui nomen seu à
luto (*Lutet. Paris.*) seu à luce rectissimè
impositum, nihil enim illa præclarus, si
fortunarum, si munerum, si ædificiorum
dignitatem spectes, nihil si vias ipsas lutu-
lentius. *Et post alia* : Hæc loci dispositio
erat ; in amplissimo cubiculo exilis lu-
cerna noctem ita amovebat, ut non tota
abscederet, lunam esse putares, orbe im-
perfetto vix inter densissimas nubes pal-
lida cornua proferentem, nec viatoribus
ita consulente maligna luce, ut securè
possint iter capere. In cubiculo adesse
non paucos, plus ex vestigiis sc premen-
tibus, quam ex aspetto aut vario vocum
tenore tremens tyro agnovit. In loci am-
bitu cathedræ plures (inter quas una re-
motior,) tacentes exceperunt, ipse qui
novus accedebat, amico monstrante in
una sellarum acquievit, mox ille qui lo-
cuturus secesserat, ubi nulla exigui lumi-

nis posset timeri proditio, de DEO & prouidentia ita differere coepit, ut non sine pietatis sensu audiretur ab eo, quem cæteri mox suum fore præmaturo gaudio existimabant. Media pars horæ in iis, quæ de DEO, de animarum immortalitate, de judicio futuro credimus, ferè consumta est, nec argumentis, quibus religio firmaretur deerat illa quæ affectus movet orationis vehementia, ut nihil eorum quæ pietatem quoquo modo mentibus humanis infundant, sincerus homo, causam ipsius agens de industria omisisse videtur. Posthæc admirationi datus est locus, dictumque submurmurantibus suffragiis : *Quicquid veteres Patres, quicquid omnis Theologorum chorus in hoc argumentum solidioris doctrinæ adducerent, illo sermone comprehendi.* Reddito silentio, vox eadem audita est, maja-
jora se verioraque habere professa, quæ de religione diceret, à commiseratione impius sermo incepit, pessimum servitutis genus illud esse, quo animus humanus congeretur incredibilia credere, & quæ sentienda essent de DEO ita accipere à majoribus;

ribus, ut nefas esset simplicissimæ etatis pietatem vel leviter nimia credulitatis insimulare. Ita quemlibet hominem nasci, ut jus ad rationem habeat, nec fidei leges justè nobis imponi ab eis, qui ideo solum sapientiores existimantur, quia priores nati sunt. Plura dixit in gratiam libertatis; Inde ad argumenta illa ventum est, quibus oppugnatam religionem adversus impios tuemur, quæ ut dissolvet callidus homo, primum ratiunculis usus, quarum tota vis in gratia verborum & eloquentiæ imagine, sensim venit ad illas argutias quibus olim Christiana religio apud dicaces infideles scurriliter traducebatur.. Nihil nobis reverendum, nihil sanctum, quod non luderet urbanus Evangelii obrectator, impietatem ideo salibus condiens, ut venenum cuius horror esse posset si solum, voluptatis socieitate ad gustum accedens sumeretur fidens. Sic exhilaratis animis, ita postea disseruit de Christo, ut ipse Julianus Apostata desertionis suæ crimen diluens, & Lucianus in DEUM facetiis atrox impietate vincerentur. Interea per vices audi-

108 COMMENR. I. DE LITER. QUORUND. IMP.
ditorum risu incitabatur scenica Viri eloquentia, laudem ex sacrilegio captans,
& quam placeret cachinnatione indicans
semper in progressu impudentior. Finito sermone, qui propiores novitio homini fuerant, blandè petierunt, quid sibi de doctrina ita videretur? Sed anxiè, nec ad expectationem satis respondebat, integræ adhuc conscientiaz minis prohibitus ne tantæ impietati suffragaretur. Laudavit tamen Viri in dicendo copiam, seq;
dixit amico multum debere, qui viam sibi præiisset ad honestissimorum (*scilicet*)
Vitorum congressum & stupendæ eruditionis arcana. Non placuit perplexa laudatio verbis ea arte dispensatis, ut nescires
camne doctrinam monstrum diceret an miraculum? Frigidius ergò noctivagi abierunt quam venerant, nec Magistri facta est epiphania, qui non nisi credentibus suum vultum exhibere solitus erat, ut & apud illa visio esset fidei merces. Hæc mihi ab eo relata sunt, qui nocturnæ concioni interfuit, ita feliciter mixtus nequissimis Viris, ut deinceps religiosior esset, impietatis enim atrocitate commotus

tus & ex periculo prudentissimus effe-
ctus, ne nomen quidem Virorum fortium sine stomacho audiebat. Nuper Vir religiosus nomine Nicon, unum ex istis obvium habuit in itinere, qui ex veste Deo sacrum agnoscens, admoris equo calcari-
bus, ut velociori cursu ad eum pergeret, mox ut potuit audiri ; Et heus Tu religiose inquit, mene nosti ? Cum ille negas-
set ; Ego retulit homo Arrebatius vocor,
cā vi mentis famosus, quam vos impieta-
tem appellatis, & vos miseri, qui futu-
ram vitam expectantes, præsentem da-
mnatis, & à DEO, qui (*proh scelus !*)
NUSQUAM EST, mercedem laborum
præstolamini. Nonne stant tomæ, cum
hæc Petro Firmiano perhibente audimus, vel
dicimus relata ? Toti profecto exhorrescimus,
cum infrunitam adeò infelitissimorum illorum
literatorum, vel tenebrionum potius Gallica-
norum audaciam imò insaniam nobis revoca-
mus ad animum, præsertim quod detestandis
assertionibus quasdam illi subjicere rationes,
aut fucos potius fulmosque addere non dubita-
verint.

IV. Neque verò Galliam solum, urbem-
que Parisiorum tot nefariis scatere tenebrioni-
bus, sed ubivis locorum innumera seculi hujus
man-

mancipia (literarum etiam artiumque studiis imbuta) reperiri, dubitare nos neutquam sinnunt frequentissimæ Theologorum & Concionatorum diversarum partium Nationumque memorabiles querelæ. ITALORUM cum primis eruditorum ingenia satis libertina esse,

suis tantum placitis fidem habentia, animam-

Petr.
Matth.
lib. VII.
2. § 8.
in Hist.
Henr.
IV.

que humanam tantum pro salis grano venditaria, quod corpus à corruptione tutum servet, atque in hoc unicè incumbentia ne homines videri queant, quidam non infimi subfellii scriptor est contestatus. Nec facile quispiam ibit inficias, renascentibus in Italia bonis literis, antiqua quoque Lucianica, Epicurea, Horatiana &c. recocta, exulta, adaucta que fuisse, quemadmodum resuscitata philosophia græcâ nec non Medicinâ & Matthesi, nonnulli earum disciplinarum professores unâ cum illis atheismos suos priscæ authoritatis prætextu propinarunt, ut proin eâ ipsâ de causa in Italia olim tot tractatibus pro vindicandâ animæ immortalitate fuerit decertandum, imò

Concil.
Later.
Sess. IX.
die 19.
Septem.
1513,
hab.

peculiare in Concilio Lateranensi Leone X. præside faciendum decretum, quo reprobantur omnes, animam intellectivam mortalem esse assertantes, aut unicam in cunctis hominibus, & hec inde dubiū vocantes &c. ex quo clarissimè colligitur, pudendum illum, ipsique atheismo sociatum de mortalitate animæ errorem nullibi vulgati-

orem

orem quam inter Literatos ac Professores Italos à longo annorum decurso tempore fuisse. Si somniis, non quidem stultorum sed sapientum, quæ laudatus modo Firmianus multo cum sale finxit fides est adhibenda, ita se à Flavio quodam de pietate fugitivâ agens informari passus est : *In his habes Italica pietatis fideliſſimam iconem.* *Multa in signis est, conspici vult, ita sine arte nihil agens, niſi ſua gentis genium omnino exuerit, ut etiam dum videtur simplicior, apud sagaces ſuſpi- cioneſ (fraudis ſcil. hypocriteos inimico atheiſmi i- pſius) non careat, &c.* Cæterum inter Italorum doctiorum atheistas præter infamem illum Vaninum eminuere illi Duumviri infelicissimi, Nicolaus Machiavellus, qui omnem religio- nem ad ſtatūm civilem, continendosque intra Conf. officii ſines ſubditos accommodari voluit; & Pe- Scrutin- trus Aretinus, libri de tribus impostoribus ne- atheiſmi quifſimi ſive author, ſive fautor singularis, ad pag. 18. cujus tumulum Venetiis in Ecclesia S. Lucae & Cl. hoc epigramma (Laurentio Craffo teste) fuit Reſer- compositum :

*Condit Aretini cineres lapis iſte ſepulcros
Mortales atro qui ſale perfricuit.*

*Intactus DEUS eſt illi; Causamq; rogatus,
Hanc dedit: Ille, inquit, NON MIHI
NOTUS E R A T.*

*Quid quod negato DEO ipſe ſibi homo pelli- tiam epi-
mus taplois*

meminit mus quandam arrogaverit divinitatem, atque
 Claud. cūsis monetis DIVUS ARETINUS voluerit
 Clemens nuncupari. *Cur verò sibi [ita in libro de Scri-*
 in ex- *ptoribus non-Ecclesiasticis Jacobus Gaddius]*
 tract. *arrogaverit aliorum consensu divinitatem,*
 Musei *nescio, nisi forte DEI munus exercuisse di-*
 l. sect. 8. *cendus sit, cum summa capita velut celsissi-*
 c. 4. p. *mos montes fulminaverit, lingua corrigens*
 269. *& multans, qua ab aliis castigari nequeunt.*
 Jac. *Utrum Petrus quoque Bembus doctis Italorum*
 Gaddius *atheis sit accensendus, eò quod omnes Pauli e-*
 Tom. I. *pistolas (teste Thoma Lansio) palam con-*
 de scri- *demnaverit, easdemque deflexo in contumé-*
 prior. p. *liam vocabulo Epistolarias ausus sit appellare,*
 13. *cum nimirum amico author esset, ne illas at-*
 Thomas *ttingeret, vel si capisset legere, de manibus*
 Lans. O- *abjiceret, si elegantiam scribendi & eloquen-*
 rat. con- *tiam adamaret, judicent alii, dispiciantque*
 tra Ital. *accuratius, qualem tum Philippus Faber Faven-*
 p. 782. *tinus, tum ipse Campanella homines alias do-*
 783. *cētissimi in convincendis con futandisq; atheis*
 Conf. *habuerint intentionē. Non equidem desidero*
 Land. Dn. *curiosam in celebrium hujusmodi Virorum ul-*
 Reiser. *cere habere manum, neque mentis ingenuæ in-*
 l. c. de o- *dicium existimo de quibusvis eorum gestis i-*
 rig. & *psaq; intentione animi ferre calculū. Et quam-*
 progr. *vis plures diversarum Nationum nominari*
possent eruditī, passim pudendo atheismī no-
tati

tati stigmate eos tamen silentii peplo potius duximus involvendos, ne atheistarum numerum temerè adauxisse videamur. Durius licet nonnulli de Johanne Bodino, Guilielmo Postello, Roberto Fluddio, Taurello aliisque doctioribus judicarint, nobis tamen integrum haud est illos ob suspiciones quasdam leviores nequissimorum mortalium inserere albo. Extrema dięs Orbis universi conspectui siset cunctos empæctas literatos, Judexque venturus risus eorum Sardonios æterno fletu strido- reque dentium infernali remunerabitur. Tanto periculosius etiam est de occultis cordium eruditorum recessib⁹ ferre judicium, quanto diligentius animi sui sensa literati quidam te-nebriones tegere, suumque dissimulare virus laborant, non quidem ex ullo DEI timore aut reverentia, sed quod reformident retrò omnium seculorum & sapientum consensum, ne despere soli videantur, hinc cum Barlaeus Vani- Caspi.
Barlaeus.
Epist.
CLXII.

ni infelicissimi mentionem in epistola quādam fecisset, summæ eum imprudentiæ accusavit, quod TALIS C U M FUERIT, S I B I S O L I

NON FUISSET. Tantum verò abest ut doctrinæ quam profitentur athei literati arca-na semper dissimulare, aut in imā tantum mente detestanda sua axiomata submurmurare pos-sint, ut potius varijs ea signis prodant atque criteriis, mox quāvis arreptâ occasione negan-tes aut in dubium vocantes supernaturalia, mi-

racula, prophetias, operationesque spirituum,
 cunctaque ad naturalem vim, sympathias, &
 antipathias, ad factas crasses, & peculiaria ho-
 minum temperamenta referentes ; mox Sacræ
 Scripturæ authoritatem tam in historicis quam
 dogmaticis suspectam contemptamque red-
 dentes ; mox metum omnem justamque omni-
 bus sollicitudinem excutientes ; mox atheis-
 mos aliorum cupidè enarrantes, aut frigidam
 eorum rejectionem, aut elumbem refutationē
 subjungentes, aut tanquam $\alpha\lambdaυ:\alpha$ quædam
 admirandasque subtilitates relinquentes in
 medio, publicas etiam atheorum impugnatio-
 nes & grè ferentes, à cunctis animarum pa-
 storibus summopere abhorrentes, illosque ve-
 luti styges aut aves infelices declinantes, reli-
 gionem aut pietatem (quam titulotenus præ-
 seferre videntur) nunquam, aut raro ac parcè
 admodum exercentes ; denique pro luxitu suo
 Religionem permutantes, atque de Secta in se-
 ctam, non veritatis sed ventris & gulæ amore
 transeuntes, summamque sibi pariter ac aliis
 in hâc vel illa religione amplectenda permit-
 tentes libertatem, siquidem [juxta maleferati
 cuiusdam informatoris monitum,] unireligio-
 ni neutiquam ita sese mancipare velint, ut ei
 adhaerent pertinaciter, sed potius pro tem-
 poris & loci necessitate sive hanc, sive illam
 (citra levitas tamen notam) ducent am-
 plectem-

Vid.
 anonymi
 Hom.
 Politie.
 8. 2.

plectendam. Hæc nimirum est decantata illa
 in Orbe literato pseudo-PRUDENTUM RE-
 LIGIO , diversas religiones , earumque partes
 miscens , jam ex hâc , jam ex alia , quod congru- *Conf.*
 um videtur arripiens , inque rem suam vertens , *D. D.*
 hæc Neo-Pyrrhonica illa est *rueψis*, pudendo *Kromay-*
 credendi libertinismo sociata ; hæc Philofo- *eri diff.*
 phica illa fides , cujus Sectatores instar Philoso- *de Rel.g.*
 phorum in nullius verba volūt jurare Magistri. *prud. sub*
 Sicuti gentes quædam religiones habent an- *fin.* *Le-*
 nuas , eas mutantes cum Calendario , ita & illi *cor.* *An-*
 pseudo - prudentes vertumnos agere volunt , *ti-Syn-*
 citra tamen levitatis [si Diis placet] notam e- *creat.*
 videntiorem. Dictu equidem incredibile *p. 383,*
 est , quam multa à divinis abhorrentia scriptu-
 ris omniq[ue] pietati repugnantia ex tam infau-
 sto principio , quo humana divinis , sacrisq[ue]
 profana miscentur , & quæ sunt inferiora ante-
 ponuntur dignioribus , consequantur. Non-
 ne ejus farinæ homines literati tandem planè
 fateantur necesse est , se nulli religioni studere ,
 nulli favere ex animo , nec sese Religioni , sed
 religionem suis accommodare commodis , exem-
 plu nimirum Senecæ afferentis , *Romanorum*
religionem magis ad MOR et M quam ad
REM pertinere , eamq[ue] aspiciente servari , tanquam
legibus iussam non tanquam DEO gratam. Si-
 que omnino hanc animi sui de religione ne-
 fariam sententiam pseudo - prudentes illi li-
 terati propalare recusent , plausum tamen sa-
 I 2 tisque

eisq; exploratum est, ejusmodi omnium Religionum homines in pectorum suorum scriniis detestandū fovere atheismi monstrum. Quid quod id ipsum è quorundā eruditōrum sermonibus & actionibus, veluti patentibus fenestrīs sēpē ita sepe præbeat conspiciendum, ut datā quasi opera illi omnem religionem conculcare, & SS. Numinis splendorem detestandis suis sarcasmis extingvere laborent, cum Gottofredo à Valle execrandam illam NIHIL CRÈDENDI ARTEM publicè profitentes, atq; [præclarè dicente Ambrosio] pravā quādām impunitatu

*Ambre-cup:di.e illecti vim sua ad DEI imaginem condita
fin lib.. nature inferentes* Et cum Justino Martyre be-de offic. c. 14. nè observante, nihil magis contendant ii qui dæmones vocantur, quam ut homines à DEO conditore suo, & primogenito ejus Christo abducant, eos quidem qui se humo tollere ne-
*in Ap- queunt, terrenis & manufactis affigendo, eos
log ad vero qui ad RERUM DIVINARUM contem-
Anton. plationem se erigunt, [nisi modestè sentiant,
Pium. & puram liberamq; à perturbationibus vitā de-
conf. e. gant] ELIDENTES, IN IMPIETATEM præ-
pistol. precipitando; hinc liquido constat, qua fraude di-
nostr. de abolica eruditōrum plurimī fascinentur, inque
eradicā- horrendū atheismi barathrum detrudantur. *Eos*
do atheis. [repeto notatu dignissima Justini verba] *qui*
mo p. 22. *ad rerum divinarum contemplationem se erigunt,*
(nisi modestè sentiant, & puram liberamq; à per-*

dix-

turbationibus vtam degant) elidentes in imperatorem atheismum recipiunt. Quamprimum scil. docti homines fastu superbiaq; turgidi, excelliora suo ingenio ac fastigio audere, & proprio inhærere judicio incipient, omnia præclare dicta, scripta, factaque aliorum alto supercilio despiciant, sua duntaxat æstiment, ament, atque in pretio habeant ; tunc dæmonem omnī curare studio, ut DEI ipsius reverentiam in iis extingvat, blasphemiarum ac tentationum horribilium pondere eos opprimat, suosque ita expediatur dolos, ut in impietatem seu atheismum illi [literatorum omnium infelicissimi] immaniter proturbentur.

V. Cæterum haud ingratam dæmoni ad subvertenda doctiorum hominum ingenia operam præstant duo perquam vulgata eruditorum hominum vitia : SINGULARITATIS Conf. e-
pist. ad
D. Mei-
bominis
de radice
atheismi
p. 24. nimurum carnalis affectatio, quā plurimi quāvis viā modo non tritā & vulgari incedere volunt, ardua quæque, imò planè impossibilia secum agitantes, nil nisi quintessentias parturientes, imò vix abstinentes, quin majus aliquid homine perpetrare, & aliis vel intacta, vel infeliciter tentata expedire in animum inducant. Quantam səpè pietati perniciem pudenda illa SINGULARITAS creaverit, exemplo suo miserabili eruditorum hominum plurimi docuerunt, qui CURIOSITATE etiam, sive immodica sciendi agendis, siti ita frequenter laborarunt,

ut vix sui capaces diduci inq; omnes terræ plagaæ extendi conçcupiverint. Sæpiq; pestiferæ hu-jus CURIOSITATIS (quæ altera magnorum inge-niorum labes est) adminiculo dæmon doctissimis etiam hominibus veritatis eripuit decus, fidei religionisque maculavit integritatem, pudoris abstulit verecundiam, & quicquid pii ingenuique ex divino favore superfuit, exibilavit, suffocavit, ac nefandâ adeò incredulitate commutavit, ut nulli amplius authorati, nulli antiquitati, nulli apparentiæ, imò vix

Conf. ult.

Commun-tationem de noxia literator.

curiosi-tate.

Petrus Firm. in Seculi Gen. p.

165.

Idem p.

167.

bere voluerint. Hinc alius non dubitavit Pindari lyram Cytharæ Davidis præferre, alius eum qui Paulinas epistolas interpretaretur, nungis studere asseruit Viro gravi indignis, alius manifesto perjurio Romulum coluit pro Christo, natalem urbis pro natali Salvatoris; alius Christianum se esse, etiamsi nulli se Christianorum cœtui applicaret, posse credidit, OMNES scil. [ut Firmianus scribit] Religiones ex opinione esse indubie pacans, & præcium industræ in subsidium legum induetas, imò ut idem post alia addidit, Religionem autem utilissimam generi humano fabulam, quæ continetæ plebi inventa, hoc solum à sapiente obtineat, ut FACIETENUS patiatur se CHRISTIANUM haberi, de cætero liber, nec se ferre religioni, sed sibi potius accommodans religionem, ut eam sequi velle, vel non repudiare vide-

videretur, cuius sectatores usui sibi futuros intelligat. Porrò haud ita levis ejusmodi CURIOSORUM Literatorum numerus reperitur, qui cœleste Verbum quidem recipiunt, veritatemque suspiciunt revelatam, non verò ad DEI gloriam suamque salutem sempiternam, sed ad scientiæ duntaxat suæ expletionem, vanamque eruditionis ostentationem, ideo Sacris invigilare studiis gestientes, ne aliis in eo quoque doctrinæ genere inferiores videantur. Sæpissimè equidem accidit, ut homo multa naturâ scire desiderans, omniumque disciplinarum & artium cognitionem affectans, ipsi Sacrosancto Theosophiæ studio non eo fine operam navet, ut se pariter ac alios magis magisque perficiat, verum gloriam potius maiorem, honores & autoritatem consequatur, quæ de profanè doctorum quorundam stultitiâ nom malè Bernardus ; *Sunt qui scire volunt (nimirum sacra etiam & Theologica) eo fine tantum ut sciant, & turpis curiositas est, sunt quib[us] Bern[ardus] scire volunt ut scientiam suam vendant, & Seru[tur] turpis questus est ; & sunt qui scire volunt XVI. id ut sciantur ipsi, & turpis vanitas est, sed eam, sunt quoque qui scire volunt ut ADIECENT, & charitas est, & sunt qui scire volunt, ut adificantur, & prudentia est. Quo ipso tamen summae prudentiæ charactere acutquam illi gaudent literati, qui Sacra pro-*

120 COMMENT. I. DE LITER. QUORUND. IMP.
fanè satis tractantes, non nisi nudam histori-
cam cognitionem eorum acquirunt quæ verbo
cœlesti seu revelato continentur. Constat e-
quidem abunde vanos ejusmodi turgidosque
literatos haud aliter Sacras evolvere literas ac
historias æthiopicas Heliodori, Æneida Virgi-
lli, Declamationes Sophistarum, qui pimò po-
tiorem ut plurimum profanis authoribus assi-
gnare locum, atque cum longè majori animi
voluptate Scholasticis, Philologicis, Poëticis,
Historicis, Philosophicisque [utpote ipsorum
judicio magis admirandis] quam Sacris illis &
divinis operam navare studiis, cum tamen illa
ambitionis ut plurimum vanæque ostentatio-
nis pabula existant. Et cum sæpè [cheu !]
salvificæ fidei dono profani ejusmodi literio-
nes sint destituti, nullâ certitudine, evidentiâ,
delectationeque spirituali gaudeant, steriles
adhæc bonorum operum, fertiles invidiz, su-
perbiæ, contentionis &c. breviter, sint car-
nales terrenæque, interdum etiam in religio-
ne instabiles, desultorii, omniformes, instar
cothurni, protei, polypi, lunæ aut chamæle-
ontis; nemo facile vicio vertere poterit Viris
zelo pio flagrantioribus, si ejus farinæ literatos
IMPIORUM nomine designent, et si à DIRE-
CTI (ut vocant) ATHEISMI sive publica si-
ve privata professione paulò sint alieniores. Ut-
ut veram fidem ac religionem non profitean-
tur solum, verum etiam doceant alios, mascu-
leque

leque adversus contradicentes defendant, zelo in speciem tumultuque maximo; abominabilis tamen in conspectu D-E I ea est professio atque oppositio, si ad ambitionem duntaxat tendat victoriamque, proximi confusionem & supplantationem, non ad ædificationem, gloriæ cœlestis incrementum, fratrumque emolummentum dirigatur. Facilè nimirum tota illa veritatis defendendæ docendæq; scena mutabitur, si lucri bonus odor absit, aut grave quoddam inde emergat periculum, si ex voto & palato illis omnia neutiquam eveniant, tum Juda Julianoque præeuntibus non pauci ē Christi discipulis, verbiisque divini lectoribus, in veritatis proditores, irrisoresque IMPIENTISSIMOS degenerabunt.

VI. Præter geminam autem illam SINGULARITATIS & perniciose CURIOSITATIS catapultam, triplicem aliam Daemon ad subvertenda inque impietatis & atheismi voraginem detrudenda nobilia doctorum hominum ingenia machinam adhibet. Principio quidem nefariorum operâ PRÆCEPTORUM sive Magistrorum abusus, qui (ut alibi etiam sumus conquesti) sive gratis ad ingenio- li ostentationem, ut facundi & cæteris docti- ores appareant, sive didactri spe, sive ad tur- bandas pacatores respublicas, ordinemque o- mnem inter homines tollendum, passim quo- sunque possunt disciplinæ suæ nefandæ h. e. a-

*Conf.
Seruit.
atb. pag.
53. seqq.*

theismi faciunt alumnos, veram de D E O fidem evertere, & ex familiarium, quibuscum versantur animis tollere singulari studio laborantes. Et cum fanatici, imò nefarii hujusmodi doctores aliunde confluentes, non benignè solùm excipientur, verum in deliciis etiam summoperè habeantur, multi sive morum exterarum urbanitate, sive ingeniali alicujus ostentatione, aut qualquali eloquentia loquentiave, salibus etiam & jocis tantoperè oblectentur, ut hæc hujusque farinæ alia veræ pietati, sapientiæque solidiori longissimè anteponant, mirum sanè non est, quod fertilis adeò atheorum, epicureorum, neutralium atque libertinorum etiam in hominum eruditorum cœtu proventus reperiatur. A talibus vero nefandis impietatis atheisticæ magistris & præceptoribus [quibus præter Vaninum cumpromis tenebriones illi Parisini, stylo Firmiani ante infamati sunt adnumerandi] ut mens Deo studiisq; melioribus sacrata sibi tantò diligenter caveat, probè advertat, quam callidè illi ac fraudulenter ut plurimum in disseminando perniciose errore suo soleant versari, siquidem accerrimos initio fese τῶν ἀγέων simulent hostes. mox velut indignabundi eorum objectiones referant, urgeant, denique tam malè & diminutè iisdem satisfaciant, ut ex frigidis adeò solutionibus imperitiores nescio quas sinistras de veritate religionis concipient opiniones, quia

quin imò concludant tandem nullam esse rationem quæ divinum stabilitat cultum plurimas verò quæ contrarium prorsus evincere videantur. Quem etiam in censum haud abs re infidi illi an invidi referendi sunt christiani populi pseudo-doctores, qui juxta memorabilem Marii Mersenni querelam ægerrimè ferunt atheorum detectionem & increpationem, nescio cuius prudentiæ larva suam obtegentes impietatem: *DEUS bone, quis temperet à lacrymis,* Mar.
dum non solum impios nobis insultantes nos- Mer-
que interrogantes audit, quis est DEUS tu- sennus
us? Sed si am illos qui Catholici esse viden- Comm.
tur ÆGRE FERRE intelligit, quod athei p. 1830. in Genes.
atque Deista refellantur, quod illorum arma
proferantur ut eternum obtundantur atque
commuinuantur. Et post quædam alia: Fa-
cessant istiusmodi homines, neque dolent si
impios exarmemus; nisi cum illis partem ha-
bere, & hocce nostrum de se judicium audire
velint; nolle ut illa tenebra detegantur, qui-
bus IPSI DETINENTUR; nolle ut atgeo-
rum & Deistarum rationes & libri discutie-
antur ne ipsis scrupulis & synteres exagitentur,
& DEU-M esse fateri cogantur. Du-
biuum equidem nullum est, maleferiatos hujus-
modi doctores [quocunque nomine veniant]
non

124 COMMENT. I. DE LITER. QUORUND. IMP.
non minus strenuam dæmoni in propagando
alendoque atheismo operam navare , quam i-
psos illos impietatis detestandæ sive publicos
sive privatos PROFESSORES.

VII. Altera , quam nequissimus ille hu-
mani generis adversarius ad subvertenda do-
ctorum hominum ingenia adhibet machina,
est LIBRARIA , scriptis omnigenâ IMPIETA-
TE refertis onusta , quæ inter palmarium lo-
cum tractatus ille horrendus sibi vendicat de-
tribus impioribus, quo athei svadere conantur,
Confer. Mosen & Christum instar Mohammedis im-
Scrutin. postores fuisse , suisque legibus nobis imposu-
arb. p. isse , liber item supra notatus Gotfredi a Valle
ss. seqq. de arte nihil credendi , scelestâ illa *Simonis cugio-*
dam religie, incerto authore in Polonia edita ; li-
ber nescio cuius Valei nefarius : *Cur receptum*
se Evangelium ? execrabile insuper MUN-
DI [ita dictum] CYMBALUM , quod latinè
primò conscriptum Bonaventura de Perez gal-
licè vertit , quatuor constans dialogis,

Scrut. quorum argumenta alibi recensuimus. Quo
p. 56. etiam loco habendi , imò abjiciendi potius sunt
Plura de libri non directe quidem , sed per cuniculos
huiusfa- duntaxat atheismum introducentes , ut libri
xinali- *Charentis de scientia* , variaz pseudo-politico-
bris in- rum instructiones , quibus religionem nullò
frame- loco ducendam , sed fortunâ variante tuto
nebimus , variandam esse statuunt , ipsis Principibus
infau-

infusa adeò suggestentes consilia, ut religio-
nem etiam Turcicam vel Judaicam vel paga-
nam aut aliqua ex iisdem recipient & ample-
ctantur, si aliter statum suum conservare non
possint &c. Utrum infernalibus hujusmodi
fœtibus adnumerandæ etiam sint novæ illæ mi-
nusque solidæ atheistorum impugnationes, que-
dum ab una parte atheismo occurrere vidan-
tur, ab altera omnes ei aperiunt fenestras, vi-
derint alii. Vel unicum illud impii Vanini *An-*
phihæcium æternae providentia divino-magicum
[cujus supra fecimus mentionem] argumen-
to & documento sit, cane pejus & angue obtu-
sa hujusmodi tela, minusque solidas rāv a Gé-
or impugnationes esse devitandas, saltim non
minori cum cautione legendas ac evolendas,
quam ejusdem theomachi libros de *admirandis*
Natura Reginæ Dei q̄ moralium arcanis quibus
author improbus omnia naturæ insolidum(ex-
cluso Numine) tribuere, sicque regiam atheis-
mo viam sternere non dubitavit. *Naturam*

scil [ut benè Gramondus ante laudatus no- *Gramo-*
tavit] pro matre optimâ & omnium nuerice ad- *du lib.*
rans, eamq; omnium Deam profiteri hand qua- *III. His*
qui in erubescens. Taceo innumeros aliquos sive *stor. p.*
in lucem editos, sive manu scriptos malè do- *210.*
ctorum & malè coctorum hominum comen-
tarios, aperte vel occultè atheismum omnem-
que impietatem vomentes, qui passim per im-
piorum aut incautorum manus disperguntur,
ut

126 COMMENT. I. DE LITER. QUORUND. IMP.

ut mentes hominum à verâ religione quæ DEUM omnipotentem providentem omnibus, vindicem justissimum , ejusque filium hominem propter homines factum colit & adorat, planè avertant, horrendis impietatis nebulis pectora mortalium offendunt, sempiternisque ea involvant tenebris. Quis denique damnatae adeò memoriæ librorum syllabo facile eximat cunctos libros obscenos , impuros , variò idiomate haetenus ad propagandum practicum atheismum divulgatos , quales sunt opera

Rablaſ. nequissimi illius Francisci Rablaſii , nec non **ed 1559.** Bonaventuræ Peresii recreationes dissertatio-

Bona- vent. nesque, meris morologiis, vanitatibus, obscenitatibus, pudendisque divini nominis abusibus refertæ , nec aliud quid , quam pingves Epicuri de grege porcos efformantes. Ultriusque sanè Scriptoris Rablaſii & Peresii genium facetè atheum redolent dictorum librorum singulæ ferè paginæ , *uibus dum* [dicente alicubi

Tb. Rayn. Raynaudo] pleriq; jocos captant , & remitte bonis tere ingenium querunt , atheismi virus sensim combibunt , & res sacras nucū habere , ac libris p. sacra queq; jocos ducere conçoefiunt . Ex-

22. perientia equidem s̄epissimè docuit unam vel alteram hujusmodi librorum paginam extremum pietati attulisse periculum, omnemque legentium cordibus SS. Numinis reverentiam extinxisse . Quis itaque alteram illam , sive

LI-

LIBRARIAM diaboli in subvertendis literatorum hominum mentibus machinam non toto detestetur pectore?

IIX. Supereft Tertia & Ultima; cujus nomine COLLOQUIA veniunt prava ac scandalosa, sub specioso tamen veritatis titulo effusa, quibus animi improvidi nec satis muniti, non in errores modo, verum extremam etiam impietatem illiciuntur. Sive illa exercitii dunt taxat causa, sive ad ingenii ostentationem, sive sub aliena instituantur persona, angvem tamen sub herbâ semper habent latentem, præsertim si sermonibus ejusmodi familiaribus, vel negentur aut in dubium vocentur supernaturalia, vel divini verbi præcones tanquam homines fanatici traducantur, atheorum verò libertinorumque dotes in cœlum usque evehantur, cupidè eorum referantur Lucianismi, historicè pariter ac oratoriè edisserantur, aut tanquam $\alpha\lambda\upsilon\tau\alpha$ quædam & admirandæ subtilitates in medio relinquantur. Noxiis hisce atque pestiferis colloquijis accensendæ, imò cum iisdem potius proscribendæ atque configendæ sunt scepticæ eruditorum quorundam de rebus divinis disputationes, quarum occasione non pauci in profundum atheismi barathrum sunt deturbati, siquidem (præclarè scribente Erasmo) *se penumero fiat, ut omnia curiosè magis quam pie investiganti, quadam rationes occurrant* *Erasmus de ratio-*
ne vera Theol. fe
qua 84.

128 COMMENR. I. DE LITER. QUORUND. IMP.
qua non nihil convellant ac labefactent fun-
damentum & fidei robur. Quid quodlibe-
tica illa disputatione Romæ olim coram Leone
X. habita fuit pestilentius, ubi ex duobus alter
omnibus rationibus probavit esse DEUM, alter
negavit? aut insana Thurvaij jactantia tetri-
us, quæcorum fessire Christi Evangelium, & im-
probando posse illud anribilare; quid denique
auditu horribilis, quam quod non unicum
tantum quendam Diagoram, sed integrum a-
liquando Academiam, Oxoniensem scilicet dæ-
mon ita fascinaverit, ut maximis rixis disqui-
siverit: *An etiam DEUS esset?* quod referre
dubitarem, nisi id ipsum à Monacho quodam
memoriæ proditum fuisset his verbis: *Agnellus*
Vir humilis ac beatæ vite, cum & ipse studi-

Lang. in sum in Oxoniensi conventu inst. fuisset. & post
Chronic. tempus modicum audiisset semel inter
Lit. z. se clamose disputantes, mirum ista sit vera:
f. 305. *DEUS EST*, zelo accensus, ac multum tur-
batus ex in studium revocavit. Hinc eti-
am factum ut Jo. Casus Philosophus Oxonien-
sis in proleg. suis physicis gravissimè studiosos
contra atheismos tunc grassantes præmonue-
rit, ita scribens inter alia: *Horrendum est di-
ctu quidem (& tamen dicendum) multis sunt
hodie incredibiliter stulti, qui audiant, ca-
sera quiescere? totus horro verbare petere,*
quæ

qui inquam audeant dicere (ò tempora!) **NON
ESSE DEUM.** Istos si oraculis divina philosophia urgeas, fanatico quodam spiritu & furore perciti hac ipsa negant, & certè non mirum, cum etiam **DEUM** ipsorum authorem negent. Si non vidissem, si non audissem hac monstra (Habetum blasphemum illum atheum, aliosq; ab inferis furenter excitatos scorpiones & locustas intelligo) certè tam multus, vehemens, & copiosus in hac causa non fuisset. &c. Nec male Gvil. Postellus [cum forsitan accepisset, Perronum habitâ coram Rege Henr. IV. pro existentia DEI oratione, obtulisse se die sequenti contrarium probaturum,] id tolerabilius esse iudicavit, si ad publicam tantum rerum administrationem opinionum varietas pervaderet, doleendum autem esse, quod ipsum illa petat fundamentum. In utramq; enim [notanter addit] partem disceptari de divinis rebus cæptum, de quibus ambigere nefas sit, ut par occasio cuiusquidvis definiendi facta esse cernatur, si semel quis **RATIONEM HUMANAM
AUTHORITATI DIVINÆ** præferat. Hæc sane causa irruentis in Orbem literatum atheismi est palmariâ, hinc tantus atheorum literatorum est proventus, himirum quod rationem humanam Divine autoritati preferre non dubcent.

bitus plurimi, contraria&que sententias defendere gestientes, eò tandem delabuntur, ut religionem omnem putent pro mero habendam esse figmento. Non præter rem quidem Verulamius existimavit primam pestiferæ istius arboris radicem plures esse circa religionem divisiones, *cum unica divisio Zelum utriusq; partis XVI. opp. adaugeat, numeroſe verò atheismum introducant;*
p. 1166. nimirum si profana seculi mancipia variarum religionum sectarumque professores alloquantur, & unumquemque eorum affirmare audiant, quod ex ejus parte stet veritas, pro quâ mortem ipsam subire sit paratus, alios verò sectari falsitatem, inde Protei illi concludant, melius esse nihil ex iis, quæ ad religionem spestant, quam aliquid credere, cum nondum ullo *ἀναμαρτήτῳ* judicio decisum sit (ô abominandam thesin, omnem uno ictu religionem & Ecclesiis & hominibus profanè auferentem!) à quorum parte veritas consistat: At verò magis laborat diabolus atheismum in Orbe literatum invehere per insignem illam nonnullorum doctorum malitiam, qui humanam rationem ubique DIVINÆ anteponunt AUTORITATI. Hinc illæ ipsæ cogitationes nefandæ, atque expuendæ quorundam voces, qui pietatis aram calcibus petere non dubitant.

IX. Quanto vehementius autem communis humani generis hostis LITERATOS VIROS istis nequitiaz suaz machinis & catapultis impu-

impugnare, atque in detestandam adeò perturbare impietatem laborat, ut quidā omni SS. Numinis metu sensuq; abjecto, vim ipsi naturæ suæ ad DEI imaginem conditæ inferre non vereatur; quantoq; majori impetu pestis illa nostro ævo in Orbe (etiam eruditio) grassatur: tanto impensius hominibus doctrina meliori excultis curandum est atque invigilandum, ne & ipsi eâ labe corripiantur, atque omnium nequissimæ sectæ (atheisticae scil.) imbuantur placitis. Provida sanè, provida solersque cura doctis est adhibenda, si effugere velint illam extremi ac sempiterni exitii voraginem, atque ruptis tot tantisq; portarum infernalium vinculis, ad veram LITERATORUM hominū aspirare FELICITATEM. Supra notavimus, magnam inter eruditos TENTATORUM reperiri frequentiam, qui substitutis immotæ veritatis fulcris erigendi potius sint, quam pudendo atheismi stigmate temerè infamandi. Diabolico igitur astu tentati literati, si istos evadere laqueos, cœlesteque fidei consequi donum ve- lent, apprimè observent consilium quod Ju- Jus. in
stino Martyri ante suam ad DELUM veramque Dial.
pietatem conversionem Vir quidam specie ve- cun
nerandus verbis sequentibus suppeditavit: An. Trypho:
te omnia DELUM deprecare tibi ut portas Jud.
Lucis aperiatur. Neḡ enim conspicisti, neq;
intelligi promiscuè ab omnibus possunt, sed
ab iis duntaxat, quibus ea facultas à D^O

fit concessa. Quid enim monito hoc observato
mox in se senserit eo usque profanè doctus, va-
riisque dubitationum procellis jactatus Justi-
nus, ipse Tryphoni Judæo hunc in modum e-
narravit : *Confestim post Senis illius verba*
ignis quidam succensus est in animo meo, &
amor Prophetarum, corumq; Virorum, qui
Christi sunt amici, me incessit ; cumq; verba
eius Senis mecum ipse tacitus per volverem,
hanc ego solam esse tutam atq; utilem philoso-
phiam, qua mihi ab illo proposita esset, de-
prehendi. Hujus igitur **SUPERÆMÆ**
PHILOSOPHICÆ potius quam **PHILO-**
SOPHICÆ illius **RELIGIONIS** amore stu-
dioque teneantur literati, si è densissimis a-
theismi tenebris erui, atque sempiternæ salu-
tis aliquando fieri velint compotes, precibus
nimirum ardentissimis initio illum invocent,
qui Spiritum sapientiæ & illuminationis se
daturum precantibus disertè promisit, neque
de DEI natura doctè solum differere studeant,
sed & ejus observare voluntatem, id omni tem-
pore agentes, quod vellent novissimè, DEUM
semper ob oculos habentes καρδιογνώσην, sua-
que dicta & facta omnia ad gloriam ejus, utpo-
te palmarium ultimumque finem dirigentes,
quin imò divini amoris igne magis magisque i-
ta inardescentes, ut præter cuncta nihil amplius
haben-

habent, quo suum curis studiisque severioribus defatigatum animum relaxare possint.

X. Atque ut tanto magis appareat, quænam Literato HOMINI ab ATHEISMO seu infidelitate ad veram DEI veri cognitionem tendenti via sit ineunda, memorabile FRANCISCI JUNII (laqueis istis ad tempus irretiti, sed cœlesti beneficio tandem aliquando liberati) exemplum eruditis omnibus dabimus ex pendendum, ut Viri illius doctissimi periculo edocti, ipsi quoq; salutari horrore percellantur, ruptisque cœlesti auxilio atheismi vinculis, omnigenæ valedicant impietati. Sicuti enim (ut supra monuimus) plurima sunt quæ in excellentis doctrinæ hominibus sanos de DEO sensus corrumpere solent, & turpi quodam profanitatis eos tingere colore, ita singularis felicitatis loco haud abs re laudatus ille JUNIUS duxit, quod ex spissis *αὐθεότητος* tenebris tandem emerserit, atque pristinæ mentis restitutus sit integritati. Historiam totam ipsius Junii verbis duximus expoñendam, *Francis Junius* ne quid temerè finxisse videamur:

Inviētus (scribit alicubi Franciscus *in de-*
JUNIUS) ab illa adolescentiæ peste, *script.*
(libidine scilicet ad quam nefariae illum vitasua
Lugduni invitaverant muliercula,) alte- *ed. à P.*
rimalo succubni planè, atque in eo jacui, *Moralis,*
donec misertus est mei optimus ille cœ- *atq; opp.*
lestis Pater, qui me elegit in Christo ab *Junis*
— prefixa,

134 COMMENT. I. DE LITER. QUORUND. IMP.
terno secundum beneplacitum voluntatis suæ. Illud malum est ΑΘΕΟΤΗΣ, malum gravissimum, in cuius consensionem & approbationem sensim perductus sum aliena audacia, & imprudentia mea. Memini quum libros M. Tullii de legibus per illud tempus, authore & svasore Bartholomæo Anulo (qui Gymnasio Lugdunensi tum præterat) expenderem, & notas quasdam in eos animadversionesque colligerem, venire hominem ad me, & illa Epicuri verba quæ libro primo exstant, *nihil curare DEU: M, nec sui nec alieni*, multis quam diligentissime confirmare. Ad quæ ego non ratione judicioque certo respondebam, sed assensionem paulatim adhibens, sentiebam venenum serpens quod imbiberam confirmari in me, & cum auctoritate hominis, tum argutiis dictorum ejus præceps eò deferrebar, ut meus animus in isto malo hærens occallesceret, totusque fieret *avias* *et* *G.* Recordatus es Domine mi servi tui, & pereuntem miserè servasti gratosè misericordia tuâ! Ista horribili impietate constrata erat quotidie mensa, personabat dominus,

mus, circumstrepebant omnia aures me-
as, adeò ut jam iamque ad alia omnia ob-
surdescerem.¹ Nam quum omnibus ho-
ris aliquid atrociter fieri videmus, aut au-
dimus (inquit Tullius) etiam qui natura
mitissimi sumus, assiduitate molestiarum
sensum omnem humanitatis ex animis a-
mittimus. Ex isto autem immani per-
ditionis barathro mirifice me eripuit DE-
US, postquam amplius annum his perdi-
tissimis luxuriassē deliciis - - Even-
erat mirifica DEI providentia ut pater Re-
gia authoritate compulsus, nobiles quo-
dam Viros ex Burgundici Ducatus agro
comprehensos Lutetiam duceret, ex
quibus prout sermones ultro citroque in
expeditione illa habebantur, pater cogno-
verat illorum *αθεότητα* deploratissimam,
quibus adolescentiam meam commiserat,
quæ res sollicitum eum efficiebat, & cru-
ciabat plurimum. Laborabat enim ma-
xime de ratione certa quæ & me ex pesti-
lente illo confortio honestè eximeret, &
animum meum à mortifero illorum ve-
neno, si quid forte indulsisserent illi artifi-
cio suo, liberaret. Prius ergò quam ma-

*Orat. pro
Sexto
Resc.*

136. COMMENT. I. DE LITER. QUORUND. IMP.
reduxisset domum dabat pater operam, si
quâ ratione obtineri posset, ut tum men-
tem meam in pietatis ac religionis causa
ac sensum cognosceret, tum curaret le-
niter, si quid hæsisset mihi de istâ lue per-
niciosissima. Visitabat libros, studia re-
cognoscebat, consortia observabat; alio-
rum, quos mihi familiares putabat fore
operam adhibebat, ut de meo sensu per il-
los fieret certior, cum præsertim cerne-
ret me nativo illo pudore detineri, ne
quid præsente aut audiente ipso liberius
dicerem. Tandem cò devenit, ut me ad
~~παρηστατικ~~ aliquam provocaret ultrò. Do-
cebat me jam cā ætate esse, qua de isto pu-
dore inurbano decidi aliquid oporteret,
si qui in mensâ sermones habebantur, tem-
pus esse ut interdum aliquid de meis stu-
diis & observationibus conferrem in me-
dium, neque ad omnia obmutescerem, :
Si fecero, ipsi & aliis de studiorum pro-
fectu constiturum, & me habitum meli-
orem in dies mihi ad justum illorum stu-
diorum usum actionesq; in quibus laus
virtutis consistit, paraturum. Crebris
& amantissimis monitis adductus confir-
mavi

mavi ipse me, ut interdum mensam pa-
ternam sermone aliquo sed paucissimo a-
spergerem. Brevi assecutus est, quod
volebat Pater, non enim diu continui me,
quin specie inanis scientia sermonem a-
liquem defoetidissima illa ἀθεότητα fæcc
evomerem. Hic verò DEUS bone, quâ
gratia, quâ auctoritate inconsideratum
meum sermonem repressit pater ! non
objurgans aut invehens in me, non de re
disputans, sed pie, sancte, docte, leniterq;
docens τὸ ἐπέχειν in iis rebus quæ nondum
satis mihi cognitæ aut exploratae essent, &
doctorum hominum judicia ante audiendā
quam prodendam temerè inscientiam,
ita me graviter compressit, ut ex eo tem-
pore legem ἐποχῆς mihi fermè semper in-
dixerim in sermonibus judiciisq; omni-
bus, donec rem cognovissem penitus. De-
mosthenem narrant, quum adolescens
quidam inter pocula nugaretur multis &
tacere nollet, dixisse percommode, heus
tu adolescens, quomodo non didicisti ab
eo tacere, à quo didicisti loqui ? utrumq;
optimè hoc pacto docebat pater. Sed jam
alter illi & gravior restabat labor, ut gra-

138 COMMENT. I. DE LITER. QUORUND. IMP.
vissimum illud rete&um in me & compertum curaret malum. De curatione cogitantem diligentissimè aliud agente me, levavit modo extraordinario D E U S. Nam cum eodem anno publicæ conciones haberi coepissent in Gallia, accidit ut Magnus ille Juris Consultus Jacobus Cujacius (ad cuius lectionem audiendam de more properaveram) die quodam prædictus certis occupationibus à lectione ordinaria abstineret. Erat autem mihi è scholis redeunti domum faciendum iter ad ædes illas, in quibus erat plurimum concio, ingressus concionem, perfunctorie audio, nec inde proficio hilum. Regredior domum, incertus quid agam, qvid legam, quo studio occuper. In Novum Testamentum incido, quod pater legebat frequens, & in conclave illud subjecerat oculis meis legendum, (si fortè gratiam D E U S hoc modo faceret) prudentissimè mentem suam de me & animum suum dissimulans, ex quo lethalia impietatis illius semina, quæ ante radices egerant in me, animadverterat. Sciebat enim Vir sapientissimus, non intrudi pietatem, sed docce-

doceri, non cogi, sed svaderi velle, ac propter ea cum silentio & dissimulatione incredibili procuravit omnes vias, quibus me ad verum castæ religionis sensum & pius cultum adduceret. Hic ergo Novum illud Testamentum divinitus oblatum aperio : aliud agenti exhibit se mihi aspectu primo augustissimum illud caput Johannis Evangelistæ & Apostoli : IN PRINCIPIO ERAT VERBUM , &c. lego partem capit is , & ita commoveor legendis , ut repente divinitatem argumenti , & scripti majestatem authoritatemque seaserim longo intervallo omnibus eloquentiæ humanæ fluminibns præeuntem. Horrebat corpus, stupebat animus , & totum illum diem sic afficiebar , ut qui essem , ipse mihi incertus viderer esse. Recordatus es mei Domine D E U S mihi , pro immensâ misericordia tua, ovemque perditam ius gregem tuum recepisti. Ex eodem tempore quum in me DEUS tam potenter Spiritus sui virtute irruisset, alia frigidius ac negligentius legere ac tractare cœpi, de his vero quæ ad pietatem pertinent cogitare amplius, & ardentius in eis versari.

140 COMMENT. I. DE LITER. QUORUND. IMP.
fari. Atq; hoc quidem studium ut anim-
advertisit Pater , non mediocrem ex eo
voluptatem cepit, tantum de meo regres-
su ad pietatem sibi gratulatus, quantum ex
discensu transfugioque ad impietatem
doluerat. Hactenus memorabilis historia
JUNII , qui casu suo periculoque gravissimo
cunctos edocuit literatos , qua via ratione
que maximè horrenda salutis discrimina & fa-
cilè incurrere & feliciter evitare possint, tan-
dem ad optatissimam veræ Sapientiæ per-
tingere metu. Non minus feliciter pericu-
losissimam illam Principis tenebrarum catapul-
tam (atheismum scil. vel potius sinistram de
christiana religione opinionem) retu-
dit Wesselus ille Gansfortius Groningensis,
vulgò lux mundi appellatus, quod tenebras se-
culi barbari eruditionis lumine discussisset.

G. Gel-
denbau-
rinus l. I.
de illust.
Germ.
infer.
Virio.

Cumeum (teste Gerardo Goldenhaurio in
primo de illustribus inferioris Germaniae Vi-
ris libro) nonagenario majorem quidam in-
viseret amicorum, utque valeret interroga-
ret, respondit se pro sua atate & morbi mo-
lestia utcunq; valere, sed unum sibi apprimè
esse molestum, quod variis cogitationibus &
argumentationibus circumactus, demum de
veritate Christianæ religionis subdubitare
inciperet : obstupefecbat ille, cæpitq; hortari,

ut animo alacri ejusmodi cogitationes curasque in Christum Servatorem rejiceret unicūm, sed cum admonitionem hanc ei molestiorē sensisset, magno cum animi mærore discessit. Post unam verò alteramque horam redientem ad secum Wesselus vidisset, alacri animo dixit exultans: Gratias ago D E O, abierunt omnes illa cogitationes, nihil scio nisi J E S U M, & hunc crucifixum, mox quo D E O animam reddidit.

XI. Quod si verò pari in evitanda atroci illa diaboli machinâ felicitate gaudere velint cuncti sacratoris doctrinæ cultores, necesse est ut cane pejus & angve semper devitent tum nefarios quoscumque, & atra illa lolligine tintos PRÆCEPTORES, detestandos scil. atheismi apostolos, tum perniciosa corruptorum sodañum COLLOQVIA ; tum denique LIBROS exitiosâ ista labe pollutos, ut inquam pestifera isthæc ac perniciosa τῆς αἵρετης seminaria effugiant, nî tandem horrendi extii barathrum, h. e. sempiternam incurrere velint confusionem. Et cum non uno Præceptorum, Librorum Colloquiorumque noxiorum genere IMPIETAS inter eruditos sua capiat incrementa, necesse est ut circa singula iliorum genera tum dignoscenda tum devitanda cautio adhibeatur. Caycant inquam si-
bi pie-

142 COMMENT. I. DE LITER. QUORUND. IMP.
bi pietatis sincerae studiosi (I.) à PRÆC E-
PTORIBUS, LIBRIS ATQ; COLLOQUIIS SA-
CRI CODICIS elevantibus AUTHORITATEM, ac
præter θεοπνευσίαν omnem etiam humanam illi
fidē derogantibus, Sacraq; Biblia pro farragine
tantum diversorū tractatuū ausu privato con-
scriptorum venditantibus, cuiusmodi blasphem-
ia effata alibi prolixè recensuimus, & summo-
perè sumus detestati. Increpet D E U S Sata-
nam illum incarnatum, qui infausto quodam
atque æternis flammis mancipando libello mo-
nuit, *Biblia sacra neutiquam cum devotione*
legenda esse, ut vulgo, sed cum judicio, esse u-
bi impingat Paulus, esse ubi cespitet Petrus,
evolvenda potius esse legendaq; Biblia quem-
admodum legatur Livius, Froschmeuselerus,
& Arcadia Comitissa de Bembro, ut quadam
laudentur, quadam negligantur, & honeste
prætereantur &c. Talia inquam ejusq;
farinæ alia τῶν ἀθέων de dubia suspectaq; Scrip-
turarum fide pudenda effata neutiquā literati
christiani sibi petivaderi patientur, ne & ipsi
confirmentur in impietate, præsertim si dete-
standis præceptionibus quasdam subjectas ra-
tiones aut fucos potius fumosque deprehen-
dant. In promptu potius sint Theosophorum
fundamenta rationesque, quæ solidè evincant
Sacram Scripturam divinitus inspiratam, anti-
qui-

Conf.

Scrut.

atheismi

pag. 64.

seqq. &

epist. de

ath. era-

dic pag.

7.

quitate pariter ac authoritate scriptis omnibus esse longissimè anteponendam. Prodiit ante annos aliquot in lucem scriptum quoddam anonymi sub titulo TRACTATUS THEOLOGICO - POLITICI, * DE LIBERTATE PHILOSOPHANDI, cuius infelicissimi foetus author lucifuga [ferunt autem Benedictum Spinosam esse, natione Judæum, hominem ut res ipsa loquitur perfrictæ frontis, fanaticum, & ab omni religione alienum] palmariam in impugnando Sacro codice inque explodenda omni revelatione divinâ posuit operam, eò progressus impudentiæ ac impietatis, ut PROPHETIAM dependisse diceret à fallaci imaginatione prophetarum, ac in uno quoq[ue] pro dispositione temperamenti ac ratione praconceptarum opinionum, [quibus DEUS, quod ad speculativa attinet se accommodaverit] variasse, adeoq[ue] prophetiam nunquam prophetas doctiores reddidisse, sed eos in suis praconceptis licet falsissimis opinionibus reliquisse, ac propterea nos iis circares mere speculativas minimè debere teneri: Apostolo-
rum epistolas non ex revelatione & divino mandato, sed tantum ex ipsorum naturali judi-

Anon.
de libere.
philosoph.
c. II.

* Editus est hic anon. libertate philosoph. tract. non Hamburgi, ut mendax inscriptio habet, sed Amstelod, ubi auter vixit sedicitur,

144 COMMENT. I. DE LITER. QUORUND. IMP.

cap. XI. *cioscriptas fuisse; eos accommodavisse religi-*
p. 139. *nem quoad fieri potuerit hominum sui tem-*
poris ingens, superadificasse illam funda-
mentis tum temporis maximè notis & acce-
ptis: Exin (quod diversis fundamentis
religionem superadificaverint) ortas esse
multas contentiones & schismata, quibus Ec-
clesia jam inde ab illorum temporibus indefi-

cap. XII. *nenter vexata fuerit; DEI aeternum ver-*
p. 144. *bum & pactum veramq; religionem hominum*
cordibus, h.e. humana menti inscriptam es-
se, quod autem in scripturis contineatur, esse
mendosum, truncatum, adulteratum, & sibi
non constare, maximè in historiarum & pro-
phetiarum circumstantiis, miraculis rebus q;
speculativis. Quid quod nulla prorsus

cap. VI. *MIRACULA & opera supernatura in Scri-*
p. 69. *pturis agnoscat, sed quæ talia dicantur, dici*
contendat respectivè ad hominum opiniones,
& nihil aliud illorum appellatione intelligi,
quam opera naturalia, quorum causam igno-
remus, vel explicare non possimus, vel quæ ex-
plicari eo modo non possint quo vulgus res
naturales explicare soleat. Hinc deniq; conclu-
ib. p. 77. *dit: * Omnia que in scripturis verè nar-*
tentur

* Anonymo huic Libertino in Belgia scripto
pecul. se opposuit Jacobus Basalier, edi-

rentur contigisse, ita secundum leges naturae, ut omnia, necessariò contigisse, si quid verò reperiatur, quod legibus naturae repugnet, aut ex iis consequi non possit, id à sacrilegis hominibus literis sacris adjectum fuisse. Quo magis verò illa DEO ac revelatæ ejus veritati inimica impietas non in peregrino tantum, sed in Germanico etiam nostro solo radices agere conatur, ut verendū sit, ne brevi tempore aliquam in communi patria nostra (quod hæc aliaque portentosarum opinionum commenta attinet) Italianam, Galliam aut Belgium simus habituri; eò diligentius doctis omnibus prospiciendum, nē & ipsi à nefariis hujusmodi præceptoribus, librisque aut dissertationibus ranta impietate refertis corrumpantur, tandemque extremum τῆς ἀπίστας subeant periculum. Cujus evitandi causâ (II.) magnâ imò maximâ cū cautione ipsis legendi evolvendiq; sunt LIBRI MACHIAVELLISTARUM SEU PSEUDO-POLITICORUM, qui omnem Religionem ad artes referre politicas, omniq; id agere studio conantur, ut terrenum regnum

L Regno

tuis vindictis miraculorum per qua divina relig. & fidei Christ. veritas olim fuerit confirmata; in Germania verò scripti e- iud. refutationem Jena D. Job. Musaeus bandita pridem est meditamus.

146 COMMENT. I. DE LITER. QUORUND. IMP.
Regno DEI, Ecclesia seculo , pietas civili po-
litiæ fœda servitute subjiciatur. Religionem
illi duntaxat pro vinculo habent, quo vulgus
hominum coercentur , pro frœno, quo perdo-
mentur rebellium insultus , pro terrore, quo
percellantur qui Magistratus authoritatem non
adèò magni æstiment, pro nexu, quo amor sub-
ditorum cum Imperantibus devinciatur ; pro
compedibus, quibus affectus malorum optimè
compescantur, pro unico medio , quo quidvis
svaderi, quidvis excusari queat, imò quidvis
defendi, modo è singulari quodam religionis
zelo factum perhibeatur : † deniq; de religio-
ne non aliter statuunt , quam de Comœdiis,
in quibus talem quisque personam assumat,
quam & sibi convenire & à se debito modo geri
posse existimet, ut sic Principes ac Magistratus
eam amplecti debeant religionem, quam & sta-
tu

† Omittimus alia pseudo-politicorum seu Ma-
ch avellistarū pudenda effata . albi à nobis
commemorata . Conf. Scrut. ath n 20. p.
85. seqq epistol. de radice ath. p. 27. seqq.
¶ de atheismo eradicando pag. 7. seqq. non
est , ut ibi dicta cum gravi lettoris fastidio
repetantur. Adde si lubet Dn. Reiseri E-
pist. de Orig. & Antitheismi p. 315. seqq.
Dan. Clasen lib. de Relig. Polit. Me-
noch. Hieropol. Hier. Osor. institut. Reg.
Raynaud. de bonis & malis libr. erotema-
te IV, p. 28. & alios plurimos.

sui congruam & suo judicio consentaneam intelligent. Et cum tibias hujusmodi diabolicas potissimum Nicolaus Machiavellus inflaverit libris *Discursuum ac de Principe*, usque eò tetricis, ac projectæ in religionem audaciæ, ut *satis esse docuerit pietatem simulatione præse ferre, immò in eundem finem revelationes falsas tanquam à DEO derivatas configendas esse, & spargendas in vulgus ; factiones alendas inter subditos, pravis moribus implendam civitatem* ; hinc omnes atq; singuli literati vel metacente intelligent, quanta curâ studioque ipsis perniciosæ ejusmodi dæmonis fistulæ sint deviantæ, ne ab iisdem improvidi demententur, atque parem aliquando cum impiissimo Machiavello (qui blasphemans reprobum spiritum emisit) habeant exitum. Caveant etiam sibi à musteis ejusmodi muginatoribus, qui religionem omnem habent veluti indifferentem, quibusque jam olim faces prætulisse videtur Procopius ille Cæsariensis, dum cuique potius concedendum existimavit, ut pro libidine sua de DEO sentiat, quam Reip. procellas vindere, quibus tum (Imp. scil. Justiniani ætate) *Procopi.* Romanum Imperium ob varias de fide quæsti- *us Cæs.* ones jactabatur. *De DEO* (ajebat) nihil lib. i. *Gen.* ipse præterea affirmaverim, nisi quod bonus omnis ex parte sit, resque universas sua poten- *conf.*

quam
Hift.
Arca-
ne Proc.
Nicola-
us Ale-
mannus
prefixit,
fol. XI.

tia complectatur, de controversiis verò ita quisque vel sacerdos vel privatus homo loquatur, quemadmodum illi sentire libuerit.
 Videant pietatis veræ studiosi, ne ad hujus farinæ magistros se conferant, qui licet in speciem Christiani videantur, nullique sectæ ve-
 lint addici nominatim, privatis tamen rationib-
 us vel Reip. commodis religionem pietatem-
 que metiuntur, neque de verâ DEI cognitione
 ac cultu multum sunt solliciti.

XII. Si insuper verè sapere eruditæ, & omni IMPIETATE conculcata ad supremam aspirare velint PÆNITENTIA hominum felicitatem, necesse etiam est ut caveant sibi (III.) à scriptis consortiis atque colloquiis pestiferis eorum Philosophorum, qui molimine summè temerario omnia intra NATURÆ terminos compingere, causasque duntaxat secundas, posthabita illa PRIMA præcipuaque Dæo Ter O. M. observare respicereque solent communiter. Horum (ac nominatim ipsius Jul. Cæs. Vanini isthoc potissimum nomine infamati,) ingentia pericula illos reddant cautores, doceantque, haud faciliorem viam ad atheismum patere, quam per impias ejusmodi atque detestandas Naturalistarum assertiones, quibus imbutus literatorum quidam, in horrendam atheismi voraginem miserè adeò est prolapsus, ut (Viro quodam egregio teste,) voces hasce detestandas emiserit : *Quandiu ingenio as judicio*

Conf.
Dn. Clas.
Rel. po-
lit. e V.
p. 66.

meo nō potui, nihil dementius mihi quicquam
visum fuit unquam, atq[ue] plerosque docere dari
aliquem DEUM, supremum Numen, cuius
nutu fiant & regantur omnia. Quæ fiant
NATURÆ vi ac operatione fiant, pluvi-
am producit Natura, Natura producit her-
bas & plantas, ad quarum generationem ta-
men concurrit siderum influxus, qui tam ne-
cessarius est, ut aliter se habere non possit --
Si Natura & precipue astrorum influentia
valet diversimodè, nunc pluet, nunc sereni-
tas erit aeris, preces utique pluviam cœlitus
non trahent, sic & agrotus moritur, natura
in ipso debilitata, quamvis mille projec-
tione orarent, neque credas tuam orationem a-
groto revalescenti reddere sanitatem. In-
terim si hac fiant ad vulgus imperitum de-
tinendum, non improbo consilium istud satis
prudenter olim à priscis politicis suggestum.
Alias & doctis ista velle obtrudere stultitia
est &c. Sic nimirum horrendo D E I judicio
in imanissimum atheismi barathrum dilabun-
tur plurimi abstruso rerum naturalium studio
mancipati, existimantes nullum planè esse
Rectorem, sed res suopte genio hos & illos cur-
sus peragere, hanc aut illam suæ durationis pe-

*Conf.**Scrutin.**atb. n.**25. p.**108.**seqq.**Scrutin.**atb. p.**109.**seqq.*

riodum ex se ipsis obtainere omnia denique ad omnium causarum connexionem æternam esse referenda. Et cum inordinato adeò studio multi eorum occupentur, ut solis niti velint experientiis, ne scil. si quid absque prævia experientia credant, sese errandi exponant periculo, atq; decipientur, mirum non est quod huj^o-modi illiberalium artium magistri in extremā tandem prolabantur incredulitatē, ac ebriis planè similes, nulli amplius authoritati, nulli probatæ rationi, imò vix apodixi ulli fidē ducant adhibendam. Quo ipso in luto non ignobiles Naturæ mystas, Medicos cumprimis ac Philosophos quosdam Italos hæsisse, indequé atheismi nomine haud abs re suspectos ipsis fidei ac professionis suæ sociis fuisse alibi notavimus. Quippe latens virus satis superque illi per infrunitam atque impudentem demonstrationis atque evidentiæ in supernaturalibus postulationē prodiderunt, non alias nisi demonstrationes mathematicas admittentes, & quidem τὰ διότι seu potissimas, pari impudentiæ passu semper in examinandis rimandisque Dei operibus, Angelorum bonorum ac malorum naturā, animæ humanæ (cumprimis separatæ) statu indagando perquirendoque procedentes, nec attendentes quod accuratissima etiam philosophandi ratio sèpè inductiones atque experientias, cognitiones τὰ διότι gradusque inferioris demonstrationes admittat, imò tota vitæ

com-

communis orbita nudæ fidei humanæ axe sustentetur. Præclarè Petrus Firmianus in supra laudato seculi genio; *Quanta [scribit] sit animi imbecillitas nihil eorum credere, quæ Petrus fides proponit, evidentissimè appareat cuilibet Firm. in proprius insipienti.* Ille ne fortis animus, ^{sec. Gen.} qui adeò carni mācipatus est, ut nihil credat ^{p. 173.} nisi quod retulerint *SENSUS*, ita falsitati obnoxii, ut videre Te sapissimè persuadeas, quod omnino non vides, & audire quod non audis? supra sensus ferri, ut ad veritatem, quæ illis altior, accessus fiat, maxima est fortitudo, sed & certè præclarior, si supra rationem ipsam assurgas, ubi illa irrito labore ad confessionem sui adducta & in ipso conatus deficiens, quid assequi non possis ejus viribus *Tibi fateatur.* Quicquid verò hujusmodi profanis naturæ scrutatoribus objiciatur, quo cunque rationum plausibilium apparatu infruunt eorum reprimatur audacia, semper tamen antiquum obtinebunt, tantoque licentiosius de DÉO, Angelis, de Miraculis, atque mortuorum resurrectione argutabuntur, quanto fœdius pudendâ ista *τῆς αἵμισιας* labe sunt ^{Conf.} ^{Epiſt.} taminiati.

XIII. Quandoquidem verò validissimum (maximorum etiam Theosophorum ^{dic. ath.} ^{judicio}) adversus ATHEOS motivum à MA-^{p. 138.}

GICIS desumatur effectibus, cum exin Spiritalis quædam (materialibus opposita) natura non incommodè concludatur, quæ essentiæ pariter ac efficientiæ ratione à superiore quâdâ dependeat; hinc ab iis (IV.) sibi pie-literatus caveat pseudo-doctoribus, librisq; & colloquiis, quibus omnes effectus ejusmodi supernaturales, omnesque malignorum Spirituum cum hominibus conventiones veluti anilia exploduntur figmenta, ubique vis obtruditur imaginationis, magneticis itidem, astralibus, sympatheticis influentiis ea tribuuntur, quæ sive mediato sive immediato Dæmonis influxu fuere perpetrata. Perversæ illius opinionis cœstro nostra ætate quidam in Anglia nobilis, Reginaldus Scotus ita fuit percitus, ut omnes dæmoniacorum effectus vel ad naturales melancholiæ insultus, vel nefarias hominum, figmentis & præstigiis suis illudentium artes, vel ad imáginationes stolidas, vanasque magorum fictiones referre sit ausus in libro apud Anglos Jacobi Regis jussu publicè combusto, *Discourse off Witcheraff*. quod idem est, ac si dicas *De rectione artis magica*, quâ omnem omnino Magiam septem impugnare libris proposuit, nec sine deplorando successu, cum ex indicio viri cuiusdam egregii constet plurimos in Belgio doctos pariter ac indoctos lecto illo libro nefario fluctuisse, immo eò ignorantia & impudentiæ prolabi cœpisse, ut nullas non

Dæmo-

Dæmonum apparitiones & operationes suaviter exibilarint, tanquam anicularum fabellas, aut superstitionis meticulosæ phantasmata, iisdemque ut plurimum decertasse armis, quibus Abrahamus Palinghus sagas adversus iustam judicum severitatem defendere atque Jo- *Bodinus*
hannes Wierus evincere conatus sit illas neu- *in confut.*
tiquam esse puniendas. Quo de pudendo co- *opinion.*
natu non malè Bodinus judicavit, *Authorum Wieris sub*
divinis adversus DEUM nefariè usum fuisse, eò fin. De-
quod libro suo blasphemis horribilibus refer- *monens.*
to, nonnulla de D E O & lege ipsius interserue-
rit, suamque impietatem pietatis & compas-
sionis cujusdam christianæ velo tegere ausus
fuerit, sed & insigne fraudis diabolicæ do-
cumentum hinc elucere, nec gratiore satanam
ministros habere idem judicavit, quam eos,
qui omnei Magiam, omneque malignorum
spirituum cum hominibus commercium eant
eliminatum, & qui impedimento sint ne pœ-
nas meritas satanica luant mancipia. Quid
quod interdum à satana maleferiati quidam
sint subornati, qui voce pariter ac scriptis tra-
dere non dubitârunt *Magica omnia esse fabulo-*
sa? Memorabile exemplum Petrus Mamorius *Petrus*
attulit dè Magistro Guilelmo Lurano Doctore *Mamo-*
Theologo, accusato magicarum artium, con-
demnatoque duodecimo die Decembris 1453. *rius in*
sed & testimoniis pariter ac confessione pro-
pria convicto, quod diabolo promisisset se *libello de*
Lanis,

154 COMMENT. I. DE LITER. QUORUND. IMP.
prædicaturū (ut fecit) fabulas esse quidquid de
MAGIS dicatur, quin etiam penes ipsum mu-
tuæ obligationis instrumentum fuisse depre-
hensum, quo egregius iste Theologus dæmo-
ni fidem dedit, juravitque se publicè prædi-
caturum nullam prorsus ejusmodi de sagis ser-
monibus fidem esse tribuendam. Hoc pacto
(addit Mamorius) Magorum cessavit punitio,
Regnumq; Satanæ augescente in infinitum
magorum numero fuit confirmatum. Sed &
Toleti (ubi Magistrorum diabolicorum schola
habebatur olim) quosdam ejusdem criminis af-
fines vixisse homines Bodinus in præfatione
Dæmonomaniae suæ enunciavit, qui effusè ri-
dere cœperint, si quando quæstio de magis ha-
beretur, totiusq; coronæ risu urbanis suis dictis
salibusque commoverint, imò constanter affir-
maverint, fabulas esse & adūvala ea omnia,
hisque sermonibus Judicum ita mitigaverint
animos, ut omnes Magi fuerint absoluti. Et
cum ipse Wierus * fateatur se Joh. Trithemii
Steganographiam exscripsisse, quam in Mu-
seo **MAGISTRI SUI AGRIPPAE** reperisset,
librum orationibus dæmonumq; invocationi-
bus plenum maximeq; detestabilem, hinc Bo-
dini animum cogitatio subiit, Wierum ejus-
dem

* Wier. de Lamiis cap. 36. Cum bona [scri-
bit] venia mei olim **H E R I & Praeceptoris**
venerandi Agrippæ, hac mera inania esse, a-
doq; ridicula, cum Cardano libere afferro.

dem farinæ hominem extitisse, & ad mitigandas Magorum pœnas sicque augendum illorum numerum à dæmone fuisse subornatum. Neque hoc solum, sed & aliud sententia illa detestabilis Regno infernali affert emolumen-
mentum, dum regiam ATHEISMO viam parat, inque culpa est, ut pro anilibus figmen-
tis tandem habeantur omnia, quæ de Rebus spiritualibus, Angelorum pariter ac dæmonum actionibus, cunctisque effectibus præternali-
bus hactenus fuere memorata. Quod non so-
lum probè intellexit Serenissimus Angliae Rex
Jaçobus, dum impietatis illius Doctorem suum-
que subditum Reginaldum Scotum ~~corum nun-~~
~~cupavit Sadduceum;~~ verum etiam doctissimus Bodinus, dum in egregia adversus Wierum di-
sputatione gravissimè scripsit : *Quicunque Bodinus ante hâc dixerunt id (quod de Magia l. c. p. traditur) esse à melancholia, NON ESSE 43ⁱ.*
**DÆMONAS putaverunt, NEC FORTAS-
SE DÆMONAS DEUM VE ULLUM CRE-
DIDERUNT SUBSISTERE.** En i-
psam detestandi ATHEISMI radicem, frui-
ctumq; opinionis (passim eheu invalescentis,) pestiferum! Tanto equidem majori impetu (li-
ceat cū lectoris amici venia haud adeò imper-
tinente ad literatos atheos convincendos con-
vertendosq; nunc facere digressionem,) quidā
atheismi nefandi apostoli validū illud adversus
impi-

impios telum nobis eripere conantur, quanto certius huc usque cognoverunt, perditissimos homines ab atheismo facile revocari, dum mirabiles magicarum artium effectus illis ponuntur ob oculos, ostenditurque, praeter ea quæ sub aspectum cadunt, aliquid spirituale & potentioris esse virtutis, quo admisso, faciliter Numinis existentiam confitentur.

D. Eri-
e⁹ Mau-
ritius tr.
de de-
nuncias,
Sagar.
p. 39.

Sunt autem (ita præclarè in diss. de sagarum denunciatio-
ne scribit D. Mauritius) *accennia*, que sc. de
contracta cum demonibus hominum amicitia
erudit i haec tenus communis ferè sententia cre-
diderunt, talia, que ratio non capiat, quo-
modo naturaliter fieri possint, sed etiam que
percipiatur, non posse nisi PRÆTER NATU-
RALITER, ac viribus aliis, quam huma-
nis solis, effici: Nec DEUM tamen habe-
re authorem, aut Angelos bonos, quod fœda sint
que sunt, Deo adversa; Et ipsorum confessio-
ne, qui rem optimè sciverunt, non DEUS sed
Diabolus ex pacto eorum author indicetur. Nec
de Historicâ fide dubium, cum illa, qua ipsi
& plures alii viderint, & quidē viri graves,
eodem quo acciderunt tempore literis manda-
runt, ubi nihil facilius quam tot testes in reb9
publicè gestis advocantes, falsitatis in re sensu
jude-

judicio manifesta convincere. Hactenus D. Mauritius, qui etiam studio singulari omnium ferè Nationum ac Gentium, Ebræorū, Græcorum, Latinorum, Asiaticorum, Africanorum, Americanorum, Europæorum, Italorum, Gallorum, Germanorum, Danorum, Suecorum, Anglorum, hac de re consensum evicit.

*Quotquot enim (ait Augustinus) in Mun- August.
do fuerunt secta, pœnas in Magos decreve. lib.XIII.
runt, adeoque pro fabulis merisque ludibri- decivi-
is vulgatos de iisdem sermones neuti- tat. Dei
quam habuerunt. Absit igitur, ut res post
omnem hominum memoriam ab annis quater
mille de Magis exploratissimas, imò divinæ
etiam Legis (quæ perditionem interminatur
populis qui Magos non castigaverint) autho- Lev. XX,
ritate insinuatas, nunc demum in recentiorum
quorundam, & à Dæmone circumagitatorum
hominum gratiam negemus aut vocemus in-
dubium. Nec magni ponderis aut momenti ea
sunt argumenta, quæ pro périculosi illius pe-
stiferique dogmatis confirmatione hactenus
sunt allata: Possit licet res incorporea corpo-
reæ ordinariè haud sociari, nec quicquam ab ea
capere detrimenti; ex communi tamen Docto-
rū sententia, ipsaq; multorum seculorum expe-
rientia abunde constat, malignos Spiritus si-
bi cum opus est formare corpus aspectabile, ut
id quod volunt σωματικῶς efficiant. Porro
cuiam-*

etiamsi multa effecta pseudo - magica sàpè aut ab hominibus mendacibus improbè fuerint conficta, aut à simplicioribus nimis credulè accepta, hinc tamen neutiquam colligere licet, nullas prorsus esse hominum cum dæmonibus conventiones, nullos reales dari magorum effectus, similis equidem hæc conclusio illi esset paralogismo : Sàpè Hypocritæ, mali, hæretici que dicuntur, qui revera tales non sunt ; ergò nulli unquam hypocritæ, perversi hæretici, schismatici que extiterunt. Maxime infirmum illud quoq; est R. Scoti pro temeraria sua assertione argumentum : *Valde stulta es- sent Lamia, quibus Judices tamen asti- tiam tribuunt, si Diabolo animam & corpus perpetuo cruciandum traderent, nullis rece- ptis divitiis, vel commodis aliis.* Sed revera illas adeò stultas fuisse, infinita forensium judiciorum documenta, sagarum confessiones, factis per omnia respondentes, convictionesque publicæ clarissimè comprobarunt. Quem insuper latet humanæ naturæ in casibus adver- sis summa infirmitas, quâ immissas afflictiones doloresque gravissimos tam ægrè fert, tamquæ anxiè ex angustijs liberari desiderat, ut parum sàpè attendat, quas inire debeat rationes, quasve admittere conditiones, dummodo mi- tigationem vel medicinam, (quâ adversitates suas nonnihil leniat) invenire possit. Animi- adverteras itaque Dæmon, homines in tan-

Scotus
lib. III.
c. 6.

etis difficultatibus esse constitutos, promptè illis insidiatur & avidè, suoque instituto eos accommodatos perspiciens, mox sese insinuat, suamque ipsis pollicetur operam, levationem spondet & remedium, dum modò talibus uti velint medijs, qualia ipse ad hanc rem præscripserit. Nullum tunc homini Ψυχικῷ sive animali remedium tam atrox appetet & execrabile, quod non sponte arripere, nulla conditio tam horrenda, quæ illum à societate dæmonis (operam suam promittentis,) revocare possit. Lubentissimè tandem ille assentitur, dummodo in istis anxietatibus auxilium & relaxationem invenire queat. Neque tamen inficias ibimus, multos utriusque sexus mortales vel parentum, vel aliorum nequitiam in tenera etiam ætate seductos, miserrima Diaboli mancipia evasisse, & in temporalis pariter ac æterni exitij barathrum incidisse. Sic Aquitana quædam adolescentula (teste Flor. Remundo) sponte sua Flor. Re- 1594. fatebatur, se teneriore ætate à quodam mundus Italo corruptam, postea in agrum quendam lib. I. de abductam, hirco cuidam grandi atroque ob- Anticbr. latam fuisse; hircum ab Italo quæsijisse, quæ cap. 7. isthac foret puella? respondisse, nunc eam à se adductam, ut in suarum numerum hircus illam referret, quo facto se ab Italo in locum priorem reductam fuisse. Sic & Joanna Har- villeria [quæ Bodiao occasionem conscriben- da]

**Jo. Bedin. in prefat.
Demo-
norum.**

**L.c. pag.
456.**

**Nic. Remig. De-
mono-
larr. lib.**

I.

**Remig.
lib. I. c. I.**

dæ Daemonomania præbuit] inde à duodecimo ætatis suæ anno , diabolo , (qui specie hominis atri staturam humanam excedentis apparebat) à matre fuit oblatæ atque despontata , ille promisit se optima fide filiam curaturam , atque [si Diis placet] etiam beataram . Ac licet inter omnes magos convenire scribat Bodinus , non cogi à Satana quenquam ut Deo renunciet , aut se Diabolo devoveat , sed puram potius liberamque à subditis suis cum exigere voluntatem ; attamen Nicolaus Remigius quædam manifesta certisque inqüiciis testata habet exempla , quod Satan interdum illis pericula gravissima intenderit , magnasque opposuerit formidines , quos blanda oratione permovere nequiverit . Claudius Morelius (scribit laud. author) Serra damnatus beneficis , cum rogaretur , quæres maximè illum impulissit ut se primus addiceret damoni , respondit , non ante verbis , quicquid lenocinaretur , vinci posuisse , quam ubi de nuxoris liberorumq; nece terrorem iniecerit . Antonium item Welschium , cum de obtorquento collo , ni in iis quæ jubebat pareret , minas dæmon illi intendisset , non ausum fuisse quicquam amplius denegare ; Alexiæ etiam Driegæ , cum eam nullis prorsus pollicitationibus obsequentem sibi posset adjungere , tandem interminatum esse muri ædium quas illa inhabaverat ruinam , quæ etiam paulò post sit consecuta . Sicuti verò rarus & infrequentius tam horri-

horrido malarum iimpulsionum genere dæmon utitur, ita plerumq; svaviores longè inescandi perdendiq; hominis arripere solet occasio-nes, à vitiosis potissimum affectibus submini-stratas. Vel enim libidinibus amoriq; nefario deditos spe lactat potiundi ostentata , aut pertæsos egestatis diutinæ , larga atque copiofa divitiarum oblatione pellicit, aut ad ultio-nem, ob acceptam forte injuriam inflamma-tos ostentata explendi odii facultate sibi man-cipat, aut denique quâvis alia corruptela dul-cedineq; depravatos confœderatorum suo-rum gregi sociat , & quamprimum sibi istis pas-sionibus aditum aperuit, ægris illorum animis pabulum sugerere solet lethiferum , assump-taque humana specie aut deambulantes in a-gris , aut anxios in lectis , sed solos , emissa voce quæ causa sit sollicitudinis ? interrogat, & subitum certumq; promittit auxilium. A-deoq; [ut benè notavit Remigius ,] Dæmon non modo occultis ac velut domesticis illis af-fectionibus in homines grassatur , sed palam e-tiam, apertoq; [ut ajunt] Marte , explana-ta scil. vocis impressione , ac comparata ad col-loquium , quæ sub aspectum cadat , personâ, indeq; vulgò auspicari solet orationem , quod afficti hominis vicem doleat , cupiatq; adesse atque opitulari , sed neutiquam id se præstare posse , nisi is prius rûpto quod in baptismo pe-pigerit fœdere , velit in suam transire potestâ-

tem , sicque diu ante obcessos afflictosque animos facile in deditio nem accipit , inque infernalis exitii barathrum præcipitat , inito nimurum horrendo foedere seu PACTO , manu & sanguine futuri mancipii proprio consignato firmatoque , cui veluti basi seu fundamento subsequentes operationes magicæ innituntur . Astutiaæ equidem debetur diabolicæ , quod non ad cujusvis nutum & imperium paratus sit & expeditus , nisi prius de mercede sua certior redditus fuerit , id quod sola consequitur PACTIONE , quâ tum infensum suum contra DEUM odium , tum execrandam adversus ho-

Bodin. in mines malitiam abundè testificatur . *Quinque Refut.* (ait Bodinus) *Inquisitores in mallo maleficarum ,*

opin. Wi- omnia sagarum , quas morte affici curarunt in er . *Germania , confessione compertum habuerunt , fæ-*

Binsfeld. *dui ipsas inire cum Diabolo . Quinimò [teste*

confess. *Binsfeldio] omnia maleficorum opera effe-*

malef. *ctum sortiuntur ex pacto expresso vel tacito*

p. I. pra- *cum Dæmone , ita ut semper , quando vult ma-*

lud. VI. *leficis operari , expressè vel tacitè invocet Dæ-*

in princ. *monem in auxilium ut concurrat ex pacto .*

Scripto autem id ipsum sàpè confirmari , dæ-

monemque efflagitare , ut paciscens instrumen-

rum obligationis & chirographum proprio

scriptum & subscriptum sanguine exhibeat ,

non ex omnium solum de re magica scripto-

rum consensu , verum ipsarum etiam sagarum

unanimi constat confessione . *Quam horren-*

dis

dis atrocibusque conditionibus infaustus ille Faustus Dæmoni sese mancipaverit, DEO miserit repudium, & pactum sponsionemque cum diabolo sancitam proprio sanguine ex leviter vulnerato pollice emissō, se totum ipsi adscripsit, docet apographum, post miserabilem ejus ex hac vitâ exitum in museo repertum, & à Georgio Rud. Widmanno divulgatum, hæc inter alia continens verba : Zur Bekräfftigung meiner Verheissung will ich diesem allem treulich nachkommen/ und dieweil unser aufgerichtte Bünd. muß zwanzig Jahr seyn soll / so denn die verscheiden und verlossen / so soll er diſi sein Pfand **Leib** und Seel angreissen/ und darüber zu schalten und zu walten haben / soll auch kein Wort Gottes/ auch nicht die solches predigen und fürtragen hie-rinnen einige verhinderung thun / ob sie mich schon befehren wollen. Uhrkunde dieses Briefs/ hab ich den mit meinem eignen Blut bekräftiges/ und verschrieben. O pactum nefarium horrendum & execrabile ! quo miserum dæmonis mancipium seipsum tenebrarum obligat principi, DEO, sancto illius verbo, stipulatio-ni in baptismate factæ, & suæ per CHRISTUM redemptioni reauntiat, eademq; opera in dia-bolum crediturum, opem & auxilium ab illo expectaturum, accepturum, & in vita fine cor-pus & animam ei traditurum dato chirogra-pho, vel aliqua sui sanguinis particula velut confirmandæ pactionis pignore & arrha polli-

M 2

etur

G R.

Wid-

man. in

Hist.

Fausti

part. I.

c. 10.

cetur. Diabolus viciissim pro sua parte promittit se mancipii sui nutum & voluntatem sedulo observaturum atque executurum, ita ut quocunque tempore in creaturæ alicujus figura & similitudine appareat, ad deliberandum & consultandum cum ipso, ut vel in aliquo adjuvet negotio, vel ad desideratarum voluptatum, honoris, opum, dignitatis & amplitudinis consecutionem provehat, tunc ejus causa proficisci, hominem quocunque libuerit circumferre, & (ut brevi comprehendam omnia) in illius gratiâ præstare quicquid juss erit haud invit us velit. Ad cuius rei probationem alia aliqua adferre possem⁹ documenta, ni longâ experientiâ id adeò esset compertum, ut in dubiū sine insigni impudetia vocari nullo modo queat.

Haud præter rem verò Mart. Delrio adnotavit

Mart. *nefaria hujusmodi pactionis non unum sed triplicem modum esse & rationem.* Primus modus fit solemnitate varia, & ipsi Cacodæmoni visibiliter in corpore a aliqua forma apparteni coram testibus fidelitas promittitur, cuiusmodi pactum init Nobilis ille ditionis Leodicensis narrante Cæsario Heisterbacensi, ubi Daemon loquens audiebatur sed non cernebatur, cui [divitias honoresque amplissimos promittenti] miser homagium præsttit, suumque abnegavit Creatorem. Secundus modus per libellum fit supplicem, quem diabolo gennas candidati exhibere haud verentur, quâ ratio-

147.

ratione nostra ætate Mántenses in Normandia Magi libellum conscripserant, Sybillis, magiæ necromanticæ præsidibus eum oblaturi, cuius summa: Se orare Dominas, ut dignentur libros suos magicos consecrare, ut mali spiritus per omnia ipsis obedient, ut supplices reddantur tibi à judicium insidiis & punctione, ut cœpta omnia & studia illis prosperè in aulis & amicitiis Principum succedant, denique ne inimici ipsis nocere valeant, vicissim polliceri se, quod prædictas Sybillas pro Dominabus & principibus suis perpetuo sint habituri, & quotannis animas eis oblaturi, &c. Hos ta-
Crespetus
men supplices omnes cum ipsis libris captos & lib. de
Parisiis combustos fuisse Crespetus lib. de odio *odio Sas.*
 satanæ narravit. Tertius deniq; modus initur *diss. 15.*
 per vicarium, magum videlicet vel tertium aliquem, cum paciscens dæmonis aspectum vel colloquium quidem reformidat, auxilium tamen ejus opemque per alium anxiè efflagitat. Ex his autem tribus pactionis diabolicæ rationibus primam frequentiore esse, posteriores vero duas rariores & insolentiores, hactenus variii de hoc argumento scriptores, ipsorumque mancipiorum dæmoniacorum confessiones docuere, è quibus etiam planissime constat, Dæmonem confoederatis suis novitiis peculiarem imprimere characterem, & sæpe non uno illos notare stigmate, quemadmodum sc. servos olim Domini notis curarunt compun-

gendos, ut in fugam dati, deprehensioni magis obnoxii redderentur; ita sua dæmon mancipia certis servitutis horrendæ signis ac tesseris

Jac. Rex habere studet insignita. *Ejurato nimirum
DEO & baptismo*, [verba Sereniss. Angliae
Regis Jacobi adscibo] *notam suam illis impri-*
mit in tectam quampiam corporis partem,
cui in proximum usq[ue] congressum nec cicatrix
obducitur, nec dolor levatur, at omnino sen-
sus perit sanatae, quantumvis stimules aut
wellices, ut quotidiana probat experientia,
hoc veluti documento ostendit, se cum esse,
qui & ladere possit, & lafos curare, ut in re-
bus prosperis adversisq[ue], ab eo solo assuescant
pendere, praterea exquisitus ille dolor, relicto
ex impressa nota, excitat in sauciis inquies
desiderium novi congressus; alias forte obli-
viscerentur sui preceptoris bi novelli cate-
chumeni, vix bene ad huc posito amentia
tyrocinio, vel horribilis pacti memoria turbati
consilium mutarent, & p[re]nitentiam age-
rent. Constat insuper cicatricis locum ita
exanguem esse, ac sensu labefactatum, ut ne
admissa quidem acus altissimè aut dolore in
faciat, aut sanguinis minimum eliciat, idque
jam ita pro cōmperto habent rerum capitallum vindices, ut inde plerumque quæstionis

ac

ac tormentorum initium facere soleant. Non ita pridem [sic Nicolaus Remigius sub seculi Nic. Re- superioris finem notanter scripsit] hoc Spina- mig. l.c. lii re ipsa fuit comprobatum. Nam cum Ifa- lib. l. c. s. bella Pandea ibi ob sortilegii crimen com- prebensa, urbis praefecto partem corporis sic à damone inscriptam, indicavit, subiit ei in animum experiri, verumne id esset, quod de ejusmodi stupore ferebatur, ergo jussit in eam aciculam penitissimè infigi atq[ue] inculcari, quod cum insatis magna hominum frequentia esset factum, & incruentum omnino vulnus apparuit, & nullum saga doloris vel minimi indicium aspicientibus dedit. Ut proin res hæc tam certa sit, uti nihil habere possit dubi- tationis , postquam non modo qui eam suo damno experti sunt, diversis temporibus retu- lerunt, sed etiam clarissimis indiciis compro- barunt, dæmonem certis stigmatibus suos no- tare discipulos, sicuti jam olim hæreticos rebus magicis simul implicitos, certâ nota (Irenæo Iren. lib. teste) insignivit, quosdam verò (ut Tertullia- I. c. 24. nus prodidit memoriae) in fronte signare con- Tertull. sivevit. Tingit & ipse (ita Tertull.) quosdam, de pra- utique credentes & fideles suos, expiationem script. peccatorum de lavacro repromittit, & sic ad- advers. Hæretic. huc initias Mithra : SIGNAT AD- post meda.

HUC IN FRONTIBUS MILITES

SUOS. Tam vetus igitur origo illius nefarii
est stigmatis! Eo autem [ut diximus] impresso
inustoque, diabolus ingentem præse ferre so-
let in promissis suis fidem, læsis abominandas
ultionis vias, miseris & egenis fœdas flagitio-
sasque ditescendi artes commonstrat, pecunias
iis ipse suppeditat, quæ tamen ut plurimum
sublatis præstigiis, simus, testæ, folia, monete,
spuriæ, aliæque id genus quisquiliæ esse depre-
henduntur. Nec immerito multi mirantur,
quod auro argentoque vero & solido tanto-
peré destitutus sit dæmon, cum tamen vulgo
maximos quoisque thesauros defosso ac recon-
ditos asservare, inque sua credatur habere po-
testate, ast nihil unquam illorum depromere,
non stare promissis, ac toties jactatam apud
suos munificentiam liberalitatemq; re & ope-
re ipso comprobare possit; aut si quid verè
ostentet, non hoc agat, quo ejus fruendi ullam
faciat potestatem, sed magis ut tali velut esca
illectos, ludificatosque homines perdat, & ad
certissimum deducat interitum. Neque verò
illud parsimoniae, aut rei (cuius alioqui nihil
indigent dæmones) retinendæ studio id fieri
credamus, sed potius singulari D E I provi-
dencia immensaque bonitate hactenus id con-
tigisse, ne si veras solidasque diaboli suppedita-
rent divitias, majori apud homines avaros &
auri cupidos sint in pretio, & ne plures pericu-
losa

Iofa hâc inescandi perdendiq; occasione inter-
irent. Ergò (ut præclare Psellus ait) *dæmones*
nibi! eorum quæ promittunt. ex se tradere possunt,
sed visu tantum quædam inania suis cultoribus
afferunt, varia prorsus & instabilia. Sic saga
quædam Remigio perhibente , accepta à dæ-
mone pecunia (ut sibi videbatur) gestiens do-
mum properè rediit, eam ut numeraret, sed ex-
eusso sacco , nil nisi testas ac carbones reperit,
aliæ arborum invenêre folia, quædam Joanna à
Banno cum nummum aureum charta convo-
latum in via reperisset, uti dæmon eventurum
prædixerat, atque eum marito cupidè osten-
taret, tandem non sine pudore advertit, pro
auro naëtam se calculum ferrugineum ; qui
primo etiam contactu facile in frusta dissiliit.
Et si verò dæmones in erogandis pecuniis suos
ad hunc modum frequentissimè decipient,
non æquè tamen in aliis rebus , præsertim
oblatis vindicandi odiique explendi occasio-
nibus, illis fucum facere solent, imò ipse satan
(uti ab initio homicida fuit) miseros suos
asseclas ad cædes ac parricidia impellere min-
mè cessat, sed dolis suis medicato pulvere, vir-
gis, unguine, variisque id genus venenis (quo-
rum alia mortem, alia morbum tantum, quæ-
dam etiam sanationem afferunt) instruere omni
laborat studio, imò experientia sæpè compro- *Remigi-*
batū esse scribit Remigius , Sortilegos suas ha- *us Dæ-*
bere officinas, bestiolis, plantis, ac metallis ve- *mones.*
nenatis refertissimas, virgas etiam eos possidet. I, 6, 2,

unguine aut re quapiam alia perniciali illitas, quibus ceu joco s̄æp̄e obvios feriant homines, quos perditos velint , nec irrito innoxioque conatu, ut sua confessione testatum reliquerint plurimi. Verum singulari Numinis optimi benignitate accidit , ut pharmaca illa diabolica nec semper nec omnibus fuerint noxia , sed quibusdam frustra aspersa, iis maximè , qui in maleficos capitalia exercuere judicia. Sic quædam Catharina Ruffa (laud. authore teste) non semel se à dæmone inaudisse retulit , sibi neutiquam infinitam in omnes esse potestatem,& Asinaria Nancejana indignabunda dixit : Quam benè agitur vobiscum ô Judices, quod nobis in vos nihil quicquam licet , nam nulli sunt mortalium quos tam lubenter insidiis nostris appeteremus , qui sic gentem nostram omnibus pœnis suppliciisque prosequimini. Frustra etiam insidiis suis hactenus divini verbi præcones (de magorum conversione salvationeque sollicitos) petierunt diaboli, neq; odii adversus eos explendi tutamfacilemq; invenerat rationem, sed omnes conatus recidere in nihilum, eò quod illi in cœlestis Domini tutela sint ac præsidio, quo unicè freti, non solum salvi mansere & incolumes , sed ardua s̄æpe cum rugiente illo Leone habuere certamina , & hostem post seriam mancipiorum diabolorum contritionem occupatis sedibus divinâ adjuvante gratia feliciter expulerunt.

At

At verò ne extra gyrum diutius ambulasse videamur, & reliquissè id, quod de convincendis literatis atheis (motivo ab effectibus magicis sive dæmoniacis desumto) dicere instituimus, non solum testimonijs doctorum viorum innumeris, verum quotidianis etiam experimentis satis constare arbitramur, quanta & quam exigitiosa sit dæmonum [ut de pactis illorum cum hominibus nihil dicamus ampli⁹] potentia, quā crient tempestates, morbos immittunt, homines convertunt in lycanthropos, segetes & arbusta transferunt, spectris homines terrant, & perplexis oraculis consulentes ludificantur, erroribusque implicant. Perijsset sanè dudum genus humanum, tot pessimorum hostium injurijs obnoxium, nisi ab alicujus supremæ potentiaz nutu penderent dæmones, quæ rabiem eorum huc usque frœnavit, suæque providentiæ cancellis inclusit. Apage igitur nefaria quæque *λόν αθέων* volumina pariter ac colloquia, quibus validum hoc adversus impietatem telum nobis eripere, & veluti mera nefariorum hominum figmenta præstigiasque ea explodere conantur, quæ tot tantisque comprobata fuere experimentis. Caveant inquam sibi mortalium doctissimi à pestiferâ adeò pudendæ *ατίσιας* labe, ne ipsis gentilium magistris hac in parte videantur deteriores. Etsi enim profanus ille, ac ferè [an potius verè?] atheistus Plinius artem

ma-

magicam] haud veram, sed intestabilem, irritam inanemque esse statuerit ex eo, quod Nero Imp. illi operam dederit, & falsam vanamque deprehenderit ; constat tamen alios (damnificis licet umbrarum gentilium tenebris obnuptos mortales) conspectis arte ma-

Plutarch. gica dæmonibus, D E U M etiam credidisse, ve-
in tract, luti Plutarchus Præsidem quendam Ciliciæ a-
de orac, theum, cum Mopsi oraculum consuluisset, dæ-
defectu. monque obsignatae respondisset quæstioni,
 D E U M credidisse est contestatus. Videant
 igitur apprimè literati christiani, ne [ut antea-
 monui] ipsis idolorum cultoribus hac in
 parte sint deteriores, neve pudendæ adeò
apries macula sese deinceps pollui patientur.

X I V. (V.) Denique cura sollicita pectoribus piè eruditis est adhibenda, ne decipientur ejusmodi LIBRIS atque colloquiis, quibus vel omnino negatur, vel in dubium valde vocatur ANIMARUM NOSTRARUM IMMORTALITAS, atque in hoc (insigni quodam scriptore notante) unicè incumbitur *ne homines videri queamus.* Non sine maxima equidem cautione legendi evolvendique illi sunt authores, qui principiis atque philosophematis quibusdam suis absurdis ita indulserunt, ut sive scientes, sive inscientes animæ sustulerint immortalitatem, cui ordini præ aliis ab p. 121. Pomponiatum & Hieronymum Cardanum aggregandos esse, utriusque scripta in publica luce

Petrus
Mariæ.
Histor.
Gallus,
lib. 7.
narrat.
3. 5. 8.
Conf.
Scrut.
ab p. 121.
fig.

luce prostantia, disertè loquuntur. Quamvis enim prior non absolutè ac simpliciter mortalem animam humanam censuisse videatur, (pariter ut philosophastri illi Itali, damnati *Vid. Con-*
à Lateranensi Concilio, afferentes, animam ra- *tarens*
tionalem secundum fidem esse immortalem, Card.
at secundum philosophiam esse mortalem, opus de
adeoque simul mortalem ex philosophia & immor-
immortalem ex fide pronunciantes] sed tan- *talanius.*

quam dubium quoddam & *ἀνυτον* reliquerit
 in medio ; haud obscurè tamen scepticis
 suis disquisitionibus aditum ad funditus ne-
 gandam animæ immortalitatem patefecisse vi-
 detur , quapropter Venetos illud Pompona-
 tii opus [quod ipse author mutata mente im-
 probasse dicitur] ignibus addixisse, nec de *im-*
mortalitate, sed de *mortalitate anime* inscriben-
 dum fuisse , eruditorum quidam prodidit. Et
 cum [Mirandulano judice] idem Pomponati-
 us in alio de *incantationibus volumine*, nec phi-
 losophum se bonum , nec Christianum bonum
 exhibuerit, cum effectus omnes mirificos cœ-
 lorum influxionibus adscriperit, adeò ut & re-
 ligiones & leges , earumque latores ab iis vo-
 luerit dependere, [quā cum fatuā de fato sen-
 tentiā atheismum ut plurimum sociari, eaq; ad-
 missa vix ullum divinæ vel existentiaz vel pro-
 videntiaz amplius concedi locum , alibi osten-
 dimus] multusque insuper fuerit in evertendā
 cooperatione DEI nobiscum , nemo facile du-
 bita- *Sylvester lib. 5. de Strigi-*
mastigis, *cap. 5.* *Ioh. Pic.* *Mirand.*
lib. 6. *avers.* *sing. cer-*
tans. *Conf. c-*
pist. ad D. *Meibom.* *de athei-*
smi radi-
ce. p. 46. *seqq.*

bitabit, Pomponiatum etiam altero illo de anima opere regiam quandam atheismo viam sternere voluisse, eaque propter illud pariter ac cætera clanculariorum atheistorum scripta esse proscribenda, saltim singulari cum cautione evolvenda. Eundem in censum scripta veniunt Cardani, quippe quem apertè & absque ambagibus animæ mortalitatem composito eâ de re libro affirmasse, nec palinodiam unquam cecinisse, tametsi de premendo, metu infamia vel etiam suppliciorum, nigro illo opere

*Delrio
Disquis.
magic.
tic. 2. q.
26.
Conf.
Card.
lib. XII.
desubtil.*

*Diff.
pral. p.
11. seqq.
Conf.
Barth.
Bononi-
ens. in e-
ius vita.*

apprimè sollicitus fuerit, disertè Delrio est contestatus. Si que hujusmodi de Cardano rumoribus fidem adhibere nolimus, eò quod libro quodam peculiari animorum immortalitatem propugnaverit; attamen quæ alibi de *natura hominis* tradidit, aliaque valdè periculosa à Scaligero notata satis evincere videntur, Cardanum ad eandem profanè-philosophantium, àq; studio sinceræ pietatis devitandorū classem esse referendum. Cum ejusdem de animæ mortalitate opinionis pestilens sidus olim infeliciem illum *Codrum Urceum* [cujus tragœdiam supra memoravimus] afflasset, parum abfuit, quin & ipse in atheismi voraginem fuerit præcipitatus. Rogantibus enim amicis, quid de immortalitate animæ sentiret? nescire se respondebat, quid post mortem de se futurum esset, viveretne animus, sive anima, an interiret una cum corpore, quæque de inferis homines

nes prædicarent, anilia quædam terriculamenta esse dicebat, hinc ipsi amarissimo epigrammate post fata etiam fuit exprobratum, quod non rectè de Christo, inferis, animarumque immortalitate sentiendo, latentis atheismi sui haud obscura documenta dedisset. Haud equidem malè nonnemo observavit, omnes de animaliā humanā perversè sentientes, eamq; mortalem afferentes, sive DEUM ipsum negare, sive in dubium ejus vocare providentiam, quæ negata mentium nostrarum mortalitate omnino deltruatur. *Certum est [Baconis sapientissimi verba adscribo] hominem brutis cognitum est. Verus quatenus ad corpus, quod si quatenus ad animam. nimam non intercedat ei cognitio cum DEO Secundum. vilis est plane & ignobilis creatura. Cape fidem. exemplum à cane & observa, quantos sibi as-* XVI. opp.
sumat animal istud spiritus, & quantam generositatem induat, cum se ab homine, (qui ei vice est DEI aut melioris natura) impulsu*m perspiciat, quam fortitudinem liquido cernas tantam esse, quam creatura illa absque fiducia melioris natura quam propria aquare nullo modo possit. Similiter & homo, ubi innititur & spem collocat in divinâ providentiâ & gratia, fiduciam & vires colligit, quales humana natura sibi relictâ nequissit attingere. Quare ut ATHEISMUS* *(omnis-*

(omnisque illi vicinus de anima rationali error) in omnibus odium meretur, ita in hoc, quod privet naturam humanam facultate se ultra fragilitatem suam attollendi. Quod cum pariter temerarii quidam Pseudo-Chymici agere tentareque videantur, ipso Paracelso praेunte contendentes, non esse difficilior ut

*Conf.**Epist. de**radice**Atbsismi**p. 54.**seqq.**Joh.**Maria-**nar. rer.**Hisp l.**14.c.9.*

aliquis homo generetur aut suscitetur, quam ut vermis, culex, rana, aut quidpiam simile nascatur, artemque se tenere edicant, quâ veri homines absque opera maris & feminæ producantur, industria artificis chemici ministerio; qui libet vel me tacente intelligit, ejusmodi nefaria articia, pariter ac cunctos eorum laudatores cane pejus & angue esse fugiendos ac proscribendos. Illorum in censum Arnoldum de Villa-Nova referendum esse Johannes Maria na in opere de rebus Hispanor. disertè pronunciavit, testatusque est, eum ex humano semine quibusdam in vase medicamentis corpus hominis efformare studuisse, pravisq; adeò opinionibus maximam suam foedasse eruditonem. Quis obsecro Scriptura afferente, opus creationis ac resuscitationis D E O insolidum non tribuere mallet, quam putidis ejusmodi incertis atque obscuris pseudo-chymicorum experimentis? Et cum anima rationalis immortalis sit, corpusque hominis tale, ut alia via formari nequeat, fidei ejusmodi impostoribus nemo piè-

pie-literatorum adhibebit, quin potius eos ve-
luti detestandi atheismi apostolos; eorum ve-
rò scripta [qualicunq; tandem colore seu fuco
potius sint illita] ut certissima pestis ejusce se-
minaria aversabitur.. *Par effet*, (Theodore-
to egregiè monente) *omnes planè mortales, retus i-*
simò & omnes recreatas armari in ultionem nitio ser-
tantæ atrocitatæ, & D E O pro innumeris monum-
nominibus, quibus illi omnes obstringuntur de provi-
stipendiarij bcc pendere obsequium. Et dentia.

cum veteris Ecclesiæ Doctores Origene præeu-
te [quem ea propter Thaumaturgus Gregorius
summoperè laudavit] ita nos philosophari
jusserint, ut omnia quotquot extant, veterum
tum philosophorum, tum poëtarum scripta
colligentes, nihil rejiceremus præter ea quæ A-
THEORUM essent, qui à conimuni hominum
seusu discedentes, D E U M aut providentiam
ejus vocent in dubium, [hæc enim ne digna
quidem esse quæ legantur, ne quâ fortè re in-
quinaretur nobis animus, qui quum pietatem
colere debeat, sermones audiat divino cultui
repugnantes,] hinc etiam atque etiam appa-
ret, quo in numero illi libri habendi sint, qui
expeditissimam ad atheismum viam common-
grare videntur. Cadit planè in ejusmodi o-
pera, quod sigillatim de pudendis Theodori
Mopsuesteni voluminibus, blasphemiarum &
atheismorum plenis quinta Synodus œcumeni-

Gregori-
us Thau-
mat. in
Origenis
landat.

V. Synod. ea pronunciavit : Cum in medium prolate sunt collat. 8. blasphemie & codicibus inserta , mirati sumus DEI in his potentiam , quod non divino igne statim incensa est lingua , & mens qua hac eructavit ; & nunquam concessissimus procedere lectorem predictarum blasphemiarum , pro sola memoria illarum indignationem DEI timentes , (utpote una quâq; blasphemia , magnitudine impunitatis antecedentem superante , & mentem auditoris funditus permovente ;) nisi eos , qui talibus blasphemias gloriantur , videremus indigere confusione , per manifestationem earum eis inferenda : Ut nos omnes zelo blasphemiarû contra eum expressarum incensi , & in medio lectionis , & post ipsam , exclamations & anathematismos contra Theodorum ut viventem & presentem faceremus : propius sis Domine dicentes , nec Damones ausi sunt talia contra Te loqui . O intolerabilem linguem illam ! O pravitatem ! O altam illam manum , quam extendit contra Creatorem suum ! Scripturas sciro miser ille pollicitus , non meminit Osea Prophetæ , dicentis : Va illis quoniam exilierunt à me ; famosi facti sunt , qui impii facti sunt in me , iniqualocuti sunt aduersum me excom-

gisar-

gitantes locuti sunt (scripserunt) pessima-,
 Ideò cadent in framea, propter improbitatem
 linguae sua. Hic contemptus eorum in sinu
 eorum, quia transierunt testamentum meum,
 & adversus legem meam impiè egerunt.
 Quanto vel ipsi gentiles ardore correpti sint ad
 librorum atheismo sordentium proscriptionem
 procurandam argumento est, quod Athenie-
 ses Protagoræ Abderitis libros [quibus divini-
 tatem in dubium vocavit] publicè exusserint, Confer
Lactant.
lib. de i-
ra DEL
6.9.
 autoremque è suis expulerint finibus. Ipsos-
 que Tullii libros de natura Deorum, quod mul-
 titudine Numinum abrogatā, atheismum in-
 ducere censerentur, à nonnullis quidein ob lu-
 culentiam verborum retentos, à plerisque ta-
 men prorsus repudiatos, & dignos visos fuisse,
 qui publico edicto abolerentur, Arnobius *
 hunc in modum est contestatus : Sed quid au-
 cupia verborum, splendoremq; sermonis petā
 ad hoc dicam, cum esse non paucos sciam, qui
 aversentur, & fugiant ejus libros, nec in au-
 rem velint admittere lectionem opinionum
 suarum presumpta vincentem : cumq; ali-

N 2

OS ASS

* Arnobius lib. III. n. 5. conf. Lactant. lib.
 I. instit. c. 22. SC. adversus libros atheos
 & improbata religionis recitat Livius Dec.
 III. lib. 5. conf. August. I. VII. de C. D.
 c. 34. 35.

*os audiam missitare indignanter, & dicere
oportere statui per senatum, ut aboleantur, ne
vetustatis opprimatur auctoritas. Hi (ut
subdit Arnobius) tametsi errore ducti, ta-
men (intercipere scripta, & publicatam,
submergere lectionem) rebantur justissi-
mum, quippe pertinens ad defensionem divi-
nitatis. Testatur item Justinus decretam apud
Ethnicos fuisse mortem contra eos, qui Hystra-
spis & Sibyllæ & Prophetarum libros legerent,
quod inde everti ritus patrios & induci atheis-
mum criminarentur. Sic Alexander Vates a-*

*Justin.
in apol.
ad An-
ton.*

*Lucianus
in Pseu-
domante,
confer.*

*Cleome-
des lib.
II. Cycli-
cor. theo-
rem.*

*pud Lucianum Epicuri librum tanquam atheis-
mi nefarii fermentum medio in foro combussit
lignis ficalneis, ipseque Plato Poëtarum [de
DEO indigna scribentium] volumina exter-
minari mandavit, eò quod latam atque expe-
ditissimam atheismo parent viam. Quod si
igitur damnificis umbrarum tenebris obnupta
gens, tantam in suppressu r̄w ἀθέων mo-
numentis posuit operam fervoremque ostendit,
quidni nos potius, in meliorem beatitatis
fortem servatoris beneficio genitos par vocati-
one nostra zelus verset & cogitatio, quo di-
gnam christianis literatis in eradicandis pesti-
feris ejusmodi zizaniis diligentiam præstemus,
eandemq; in profligando tetro illo mon-
stro sequamur rationem, Majestati christianæ
haud decorum reputantes, circa omnis boni
aucto-*

auctorem asserendum ea negligere, quæ profana religione imbuti pagani, in minimis Deastrorum suorum pseudo-sacris vindicandis tanta cura studioque perficere laborarunt. Optimi sanctissimiique Numinis nostri venerationi pia hæc sollicitudo inserviat, ut gratos addictosque animos illi testemur, quod profanus atheusque furor è creaturarum suarum rationalium animis protinus ejicere, cujusque cultum ac venerationem sceleratè impiè ac sacrilegè profligare neutquam veretur.

X V. Sublata igitur adulterina illâ, imò sacrilega plantatione, spurioque vitulamine exciso, h. e libris atheorum ad orcum unde provenere relegatis, ea piè literatus studiosè sibi comparet, evolvat, æstimet magnorum virorum volumina, quæ ad salutarem D E I T. O. M. cognitionem ac cultum manu quasi ducunt legentes, Theomachos ab impietate sua revocare, atque è densissimis Satanæ tenebris erutos, lucis sempiternæ reddere queant claritati, è contra verò omnes sinceræ pietatis studiosos, tanto cœlestium rerum amore imbuere, ut eis cuncta fordeant terrena, totique divini amoris igne (sacro Spiritu faces subdente) inardescant. Et cum ea sit veræ fidei divinique amoris, pectora meliora inflammantis vis, ea Spiritus Sancti, affectus commoventis operatio, ut una cum illo FELICIS ejusmodi PIEQUE LITERATI animum ardens proximi CHARITAS subeat, in-

gensque alios convertendi, & ad pietatem à profanâ vanitate ipsaque impietate atheistica deducendi desiderium; hinc Doctor sacrò-sancti istius amoris face accensus omni curâ (divino accedente auxilio) laborabit, ut etiam alii ab exitioſæ illius ignorantia& malitiæque atheistæ nebulis & pestiferorum errorum tenebris liberentur, inque pietatis solidioris exercitiis magis magisq; proficiant sodales svavi amoris cultusq; divini incendio recreati. Nullum equidem argumentum esse arbitror, in quo verè Θεοφιλης se & seculo hocce dignius operetur, quam quod atheis aut profanis literatis in viam revocandis impenditur, quod illos tenebrarum filios luci, lucem illis conciliat, eorumque salutem impensis curat promovetque. Cum verò arduum adeò & grave hoc sit opus, ut inter primæ notæ miracula sit numerandum, si quis atheistorum literatorum ad sapientiæ mentem redierit, [siquidem arctioribus vinculis eos robustus ille armatus teneat constrictos quam ut ea debiliori, quam divina est gratia & potentia vi perrumpi queant] cum inquam immensæ prorsus difficultatis opus sit tenebriorum illorum ad lucem Evangelicam conversio, hinc tanto fervidius D E U M pietatus invocet, ut miseros istos ab impietate sua revocare, & pro inmensa bonitate sua è durissimis Satana& vinculis liberare velit,

*p. 25.
seqq.*

quo debitos D E O honores impendere atque sem-

sempiternæ salutis aliquando compotes fieri possint. Non sine fructu equidem singulari DEI causam adversus atheos aget quilibet sincerā pietate & charitate præditus doctor, D E U M semper ob oculos habens παρθενογνωσην, omniaque dicta factaque sua ad ejus gloriam ut primarium ultimumque finem dirigens, ast pietati etiam *Curam* jungens *seriam*, summamque sollicitudinem, quam veteres εὐλαβεστι dixere, quæ scientiæ lumen adhibeat negotiis, abstrusa penetret, revelet operta, illuminet obscura, cunctosque D E O sacratos hortetur ut dignam officio diligentiam præstent, neq; incuriosi aut imparati ad tanti momenti negotium (scil. τῶν αἰώνων conversionem) accedant, sed & veræ sinceræque animi studeant demissioni, hujusque virtutis pretiosissimo sale singulas suas aspergerè laborent actiones.

Memorabile Nā-
zianeni Salesiiq; [insigni lenitate sua atheistū vit. Sa-
quendam in viam unde exerraverat reducentis, les. o. 3.
ac pene abolitam DEI cognitionem perditæ il- vid. e.
lius animæ postliminiò imprimentis] exem- pīst. de
plum alibi commemoravimus, ostendimusque atheismo
eos qui absque verâ hominiique christiano ne- eradic.
cessaria animi moderatione D E I & religionis p. 33.
causam sint aggressi, in vanum plerunque la- seq.
borasse, nec scopum præfixum feliciter assecu-
tos fuisse. Optime saluberrimum illud [ita o-
lim in quadam de atheismo eradicando epistola

184 COMMENT. I. DE LITER. QUORUND. IMP.
scripsi,] conversionis tractabitur negotium, si athei,
vel de atheismo vulgo suspecti initio mone-
antur, ut pro posteram istam cogitationem ex-
cutiant, nec adversus DELL M, ipsam natu-
ram ac propriam suam utilitatem dimicare
pergant, quin post ius certum eligant & veris-
simum, eos qui DELL M verè colunt contem-
plentur, quam exhilaratum habeant vultum,
quam pacato ac quieto semper sint animo,
quantum oblectamentum iis vera afferat re-
ligio, quam magna fideles repleat latitia quod
vero DEO, tam excellenti, tam bono & in o-
mni genere infinito deserviant, impii con-
tra, horrenda plerumq; & tetrica tristitia
afficiantur - Igitur deinceps navigium su-
um h. e. se ipsos sapientius regant, ac fir-
missime credant, revera DELL M esse, qui
eos ad resipiscientiam sapius provocet, eaque
propter illum non ut crudelem & tetricum
apprehendant, sed potius summe misericor-
dem, qui peccata sua confitentibus benignè
parcat & sublatis conscientia stimulis men-
tem pacatam iis restituat. Animum itaq;
ad eum erigant, sublimius aliquid de divina
eius cogitent majestate, nec vera religionis
lumen scelera detegere existiment ut cruciet,
sed

sed vulnera aperire ut persanet, tantummodo pœnitentia, quod tam detestando errore habet enus fuerint impliciti, nec deinceps ad eum reverantur. Quandoquidem verò hác christianæ lenitatis vià non semper ad optatæ conversionis metam deveniatur, imò multorum atheistorum [literatorum cumprimis] pectora longè sint duriora, quam quæ veritatis cœlestis pietatisq; sinceræ cedant impetui, hinc non contemnendæ aut negligendæ, sed adhibendæ potius usurpandæq; alia sunt atheomastigum methodi, atque præstantiora artium ac scientiarum subsidia, quorum per magna in convertendis impiis illis utilitas esse videtur. Et cum athei literis imbuti ut plurimum profanis, potius philosophicis quam sacris & divinis nitantur decretis, hinc operam divinæ gloriæ zelo flagrantes doctores adhibeant indefessam, ut ingeniosâ aliquâ disputatione illos constringant, & tanquam alteros Goliathos proprio quasi gladio jugulent. Haud abs re Socrates olim scientias artesque liberales commendavit πρὸς τὴν γυμνασίαν τῷ νῷ, quasi mens iisdem ad majora subeunda corroboraretur, magisque scitè Basilius; *Sicut (ait) tintores ut perfectum purpure colorem panno induant, inferiorem alium colorem subrexere solent; ita se habere humanas scientias ad divinam sapientiam.* Notius est, quam ut prolixiori e-

Conf. E-
pist. d.
atheismo
eradi-
cando p.

35. seqq.
ubi de

variis a-
theoma-
stigum
methodo-
dis pro-
lixè dis-

seruimus:
Basil.

M in
orat. ad
adoles-
centes.

geat demonstratione quantum lucis rei Theologicæ ex diligentiori artium ac scientiarum tractatione accedat ; quantum inventionis capitibus , ut totidem argumentorum domiciliis, quantum variis syllogismorum generibus [quibus nequissimis illis empæctis ora impudentissima obturamus ,] sit tribuendum ; quam commodè apteque Dialecticæ beneficio singula adversus atheos digerantur, membratimque retexendo , omnium quasi sistantur conspectui. Meridianò Sole clarius est, neminem ad illam scientiarum Reginam sapientiæ nomine dignissimam , (Metaphysicam intelligo) animum rectè applicare posse , quin cuncta transcendat , rerumque omnium quoddam admittat principium, bonorum omnium fontem , causarum supremam causam, præcipuum metaphysicæ objectum . A primâ philo-phiâ ad naturalem tendentibus, duplicum atheos convertendi modum suppeditari [alium quem vulgus amet , alium quem doctiores & philosophi sequantur] alibi notavimus. Nec minus Geometriæ, Astronomiæ, Arithmeticæ, aliarumq; tum liberalium tum mechanicarum artium & disciplinarum beneficio atheos ad agnoscendam afferendamque tandem divini Numinis existentiam adduci posse, Marius Mersenn⁹ quondam diffuso illo opere demonstravit, quod quæstionum in Genesin celeberr. titulo divulgavit. Si cui verò hæc per totius

*Conf. E.
pist. de
eradic.
aib. p.
60. seqq.
Mar.
Mersen.
qu. celeb.
in Gen.
à p. 15.
ad 576?*

us Encyclopediæ campum sc̄e diffundens atheos convincendi convertendīque ratio nimis ardua prolixa ac operosa videatur, eam eligat, cæterisque anteponat methodum, quam ipse Sanctus Spiritus in Sacro codice ostendit, ipseque usurpavit, AB EFFECTO NIMIRUM AD CAUSAM, seu ab operibus ad opificem rerumque omnium conditorem argumentatus. Optimè omnium Paulus divino dictante Spiritu ostendit, quibus gradibus homo intelligentiæ lumen secutus ad æternam usque DEI potentiam ac divinitatem agnoscendam colendamque deveniat.

*Primo etenim animalis homo res conditas Conf. cit. contemplans huc perducitur ut aliquem esse epist. p. fateatur à quo haec omnia sint condita, & cu-⁶⁵ jus virtute administrentur; inde verò ad aeternam ejus potentiam ac divinitatem provehatur necesse est, siquidem eum qui omnia considerit, rebus omnibus conditis antiquiorēm ac proinde aeternū esse oportet; & incredibilis ista vis, quæ tanta regenda molè sufficiat, excellentior sit necesse est, quavis aliâ etiam præstantissima virtute, id ipsam est quod D E U M vocamus. Hinc etiam Justi- *Just. M.* nus, interroganti olim, unde notum sit esse in Qu. D E U M aliquem? scite respondit: Ex terum *Gras.* quæ extēt constitutio[n]e & perseveranti diu- tur-*

turnitate id intelligi: Non enim extarent ea, quae extant, nisi ante eum Deus sexti esset, qui partes creature omnes utiliter ex usu & commodo universae creature ordinaret.

Minu- Quid potest esse tam apertum (inquit *Minutius Felix*) cum oculos in cœlum sustuleris , & in *Octa-* quæ sunt infra circave lustraveris, quam esse ali-
vio, quod Numen præstantissimæ mentis , quo
omnis natura inspiretur, moveatur, alatur, gu-
bernetur ? Cœlum ipsum vide quam late ten-
ditur , quam rapidè volvitur, vel quod in no-
stem astris distinguitur , vel quod in diem Sole
illustratur , jam scies quam sit in eo summi mo-
deratoris mira & divina libratio. Enim verò
ut si quis Bibliothecam libraria supellestile in-
structissimam contempletur, in quâ structi fo-
ruli, libri in ordinem digesti , omnia tersa &
munda , & aptè disposita , non est credibile
quendam esse posse tam excordem, ut censeat
hæc casu ita facta esse , & non potius hæc tri-
buat humanæ industriae ; At nulla est Biblio-
theca tam aptè digesta, nec tam ornata ac locu-
ples, ut posset ullatenus cum hujus machinæ
structura & perfectione comparari. Veræque
cum suis floribus, & æstas cum suis messibus, &
autumni maturitas grata authorem suum pa-
rentemque testatur. Hoc inquam genus argu-
menti (quod præter Minutium alii etiam pri-
scæ Ecclesiæ Doctores, cum primis Athanasius

& Au-

& Augustinus egregiè tractarunt) probè ob- *Atbanas.*
 servet , ac sibi perquam familiare reddat quis- *lib. ad.*
quis in convincendis convertendisque atheis vers.
 divino urgente zelo spirituq; operam collocare *Gentiles.*
 velit salutarem. Nec minus ipsi perspectum *August.*
 sit quomodo D E U S ratione sui non possit esse *lib. X.*
nisi Unus & Trinus ; ratione loci nisi imensus ; confess.
ratione temporis nisi æternus ; ratione intelli- c. 6. &
gentiaæ omnisciæ , ratione operum omnipo- alibi.
tens, ratione actionis optimus, maximus, liber. conf. c-
rimus sapientissimus. Cum primis autem circa p. i. de
demonstrandam atheisque inculcandam D E I eradic.
unitatem totus occupetur philotheus , idque ab. p.
facile evincet , si profanis illis saepius revocet 68. seqq.
ad animum , imperfectionis maximum argu-
mentum fore , si divina substantia multiplicata-
retur , cum nec individuorum multitudine reperiat-
ur nisi in rebus quæ sunt corruptioni obno-
xiae , quæque re ipsa intereunt , & partem sui
quandam , ut propagatio fiat , prius amittunt.
Cum igitur communis notitia repugnet ut vel
in D E U M cadat corruptio , in quem ne qui-
dem corruptibilis generatio cadere possit ; nec
ulla re D E U S indigeat , ullaque imbecillitate
laboret , U N U S tantummodo sit oportet , nul-
lum habens solum essentiam diversum. Et cum
ipso experimento satis dilucidè constet , supre-
mam omnem potestatem esse consortis impa-
tientem , consentientibus in id etiam omnibus
sapientioribus viris apud Lactantium , quorum *Lactant.*
ea de D E O effata circumferuntur : *lib. I. Inf. 8.*

UN.

UNUS qui solus DEUS est

Unus profectò verus est unus DEUS;

Et si qui sapientes fuêre qui plures posuerint D E O S, ut de Platonicis & Plotino perhibetur, illi ministros solum Deorum intellexerint, quorum tamen unicus esset princeps, aliorumque author; cum insuper abunde doceat ratio, omnem legitimum ordinem aut ab uno esse, aut ad unum referri: ea propter tandem pallam fateantur admiranturque necesse est illi damnificis umbrarum tenebris obnupti mortales præter sacrosancti Numinis existentiam, æternam etiam ejus & immutabilem UNITATEM. Atque ut tanto majus discrimen inter Theologos christianos & Philosophos veteres (philosophiam à fabulis & Poetis mutuantes, apud Homerum, Hesiodum, & Ennium, qui Deorum suorum natales, conjugia, progenies, imperia usurpata, obitus & sepulturas prædicarunt) deprehendatur, id etiam velut consequens fide & ratione docendum erit, D E U M immortalem esse, æternum, omniq[ue] ortu & interitu carentem, *Omnis enim (ipso Lucretio canente) per se Divum natura necesse est, immortali aeo summa cum pace fruatur.* Neque est quod diu pie-literatus hæreat ut D E U M quoque INTELLIGENTEM ostendat, cum D E I nomine nemo non quippiam extimium seu summè excellens concipiatur, & inter omnes rerum gradus emineat gradus intelli-

gentium

gentium ; necesse igitur est , ut quantò illius substantia seu mens est omni alia purior , tanctò perfectius ille intelligat , sicque cum nos multa offusi caligine , nihil sincerè perspiciamus , sed gradatim unum post aliud , varia per varias consequiciones deducendo cognoscamus , ipse intuitu simplici , nulla indigens ratiocinatione cuncta perspiciat , intelligat atque cognoscat . Præter hæc piè-literato atheomastigi laborandum est ut ostendat DEUM æque potentem ac scientem esse , adeo ut nihil uspiam reperiatur quod ejus virtuti non cedat , tanta etiam libertate præditum , ut à nullius cogatur arbitrio , nullius legem suscipiat , aut subeat potestatem . In promptu etiam sint oportet præcipua rationum momenta , quibus demonstremus DEUM res creatas omnes admirabili sua conservare . PROVIDENTIA , & unam quamque earum ad finem dirigere sibi convenientem , imò sine providentia nec Deum Deum esse posse , cunctasq; res creatas istam Dei providentiā necessariò exigere , nec puncto quidem temporis durare posse , ni à conditoris sui vi atque potentia iisdem suceurratur . Postremò in omnium quantum fieri potest τῶν ἀθέων animos à Theosopho christiano inducendum est , DEUM & in se beatissimum esse , & totius beatitatis authorem , cum ipsa dicet ratio , eum non posse non beatissimum esse , qui bonorum omnium fons sit , nullaque molestia turbetur , quod ipsi etiam agnove-

192 COMMENT. I. DE LITER. QUORUND. IMP.
re philosophi veteres, DEUM ita felicem
prædicantes, ut illius felicitati nihil neque ad-
jici, neque adimi valeat, juxta id quod etiam
de diis stoicorum dictum est apud Lucretium:

*Lucreti-
us l. III.*

*Apparet divinum Numen, sedisq; quiete
Quas neq; concutient venti, neq; nubila nimbis
Adspergunt, neq; nix aeri concreta pruina
Canacadens violat. semperq; innubilus aether
Integit, & largè diffuso lumine ridet.*

XVI. Quandoquidem verò melior longè
atque sublimior THEOGNOSIA ex Verbo
DEI revelato petenda sit atque haurienda,
si quidem is, qui se rudiori in naturali lumine
ac creaturarum speculo adumbravit, idem se
in sacrâ Scriptura vivis expresserit coloribus;
hinc cura studioque singulari dispiciendum,
qua ratione irrefragabilis illius authoritas mi-
seris ac infelicibus atheis ita poni possit ob o-
culos, ut documenta Verbo DEI revelata faci-
lius illi agnoscere avidiusque arripere possint.
Ac licet inter primarias authoritatis irrefraga-
bilis notas, atque *Dei natus* criteria facile
præcipuum sit ipsius Spiritus S. testimonium,
seu vis ejus arcana, occultis aculeis fodicans
corda legentium & audientium, omniisque ra-
tione potentior; ab ea tamen [ut alibi etiam
monuimus,] in reductione atheorum haud
quaquam faciendum initium, nec jubeantur
expectare donec Spiritus S. in iporum cordi-
bus

*Conf. E
pist. de
erad. a-
theis p.
112.
seqq.*

bus im̄mediate de Scripturæ authoritate testetur; verum preſſius urgenda interna cœlestis autho- ritatis indicia, utpote antiquitas Scripturæ in- fallibilis, cum nulla Religio vetustiorem Scri- pturam scriptoresque habeat quam Israelitica, & quæ eodem fundamento nititur Christiana, im̄o omnis liber quantumlibet antiquus, no- vus sit si cum Scripturæ antiquitate conferatur. Commendetur porro admirabilis Scripturæ S. harmonia, & pulchra librorum omnium con- gruitas, quod licet non ab uno authore, nec uno eodemque tempore ac loco conscripti fue- rint, sed à primo scriptore ad ultimum aliquot annorum millenarij interjecti, suavissimus ta- men totius corporis concentus, & concatena- ta universi codicis παναγιονία ubique depre- hendatur. Nec minus evidentissimum SA- CRORUM VATICINIORUM ostendatur *Conf. E-* complementum, cum disertis semper Prophe- *pift.* de tarum Sanctorumque hominum prædictioni- *erad. ad.* bus eventus exactissimè responderit, iisque de *theis. p.* rebus longissimè absentibus & futuris tanquam 117. de præsentibus im̄o præteritis sæpè sint locuti, *seq.* nec unquā fefellerint. Quam maximè etiam ur- genda sunt miracula quæ per Mosen & Pro- phetas in Veteri, Christum & Apostolos in No- vo Testamento patrata, quorumque fama non ad gentiles tantum propagata, sed etiam cum illustriore gradu ad Ecclesiam essent vocandi apud ipsos verbo annunciatō, miraculorum re-

O

spectu

194 COMMENT. I. DE LITER. QUORUND. IMP.

spectu fides èò facilius impetrata fuerit. Ur-
genda deniq; in arduo cum atheis literatis con-
flictu Sacri codicis inter tantos satanæ furores
per tot annorum millenarios conservatio, & ad
nostra usque tempora propagatio, quamvis e-
nim non semel, sed iterum iterumque Orbis
& orcus junctis quasi copiis in ultimam doctri-
næ hujus sanctissimæ perniciem conspirave-
rint, furensque dæmon in quasvis occasione
intentus, totque damnorum regno suo per-
Scripturam illatorum memor, partim aperta
violentia, partim operta fraudulentia proti-
nus eam evertere laboraverit, salva tamen &
superstes usque quaque manserit, nec ad eam
extingvendam omnium tyrannorum sævitia
vel ipsæ inferorum portæ quicquam valuerint.

XVII. Quodsi verò motivis hujusmodi oc-
cupatus profani literati animus, sublimius ali-
quid & augustius de Sacro codice rebusq; in eo
contentis cogitatione conceperit, omni curan-
dum studio, non solum ut exin ad salutarem SS.
Numinis C H R I S T I Q U E Salvatoris cogni-
tionem, sed etiam C U L T U M in verbo re-
velato præscriptum, morumque corruptissi-
morum emendationem & correctionem ille
manu quasi ducatur. Colendus nimirum à
literato ad pietatem converso est D E U S ve-
lut summus omnium pater, cuius amore uni-
versa cohærent, omnisque stat rerum in Orbe
compages, colendus est [inquit Agatho] quia
Pater est justissimus, fortissimus, temperantissi-
mus,

mus, sapientissimus, colendus quia primum bonum est, primum verum & primum pulchrum, omnia avertens mala, omnia creans bona. Canne pejus & angue literato fugienda est fucata illa atque ementita religio quam ille petebat ab Apolline :

Janē Pater clare, clare cum dixit Apollo

Lubra moveret metuens non audiri, pulchra Pers.

Laverna

sat. 2.

Da mihi fallere, da sanctū justum q̄ videri,

Noctem peccatis, & fraudibus obisce nubē.

Apage inquā nefarium ejusmodi cultum, aliū longèq; præstantioris religionis vi ad D E U M attolletur eiq; conjungetur quilibet veræ Theosophiæ candidatus, si scil. ad saceræ solidæq; pietatis [spreta profanæ doctrinæ & vitæ vanitate] culmen ac fastigiū adspirans, seriò desideret petatq; mentem sacro horrore præditam, & animum reverentem erga sanctam D E I faciem, arcanissima cordium penetrantem, singulasque actiones, consilia, imò verba etiam cogitataque minutissima observantem, neq; deinceps existat rarus adeò parcusque (profanorum more) pietatis cultor & infrequens, studioseq; caveat ne eandem impietatis labem contrahat, quâ olim insignis ille literator Joh. Sturmius fuit notatus :

- - - *decemq; per annos*

Sturmius in Templo bis ne quaterve fuit:

Adhæc non solummodo de Dei natura cultuq;

O. 2

docte

196 COMMENT. DE LITER. QUORUND. IMP.
doctè differat, sed etiam ej⁹ observet voluntatē,
vitam hanc fragilē inter preces, meditationes,
& lectiones sacras consumat, id omni tempore
agens, quod vellet novissimè, D E U M semper
ob oculos habeat vindicem, omniaq; dicta scri-
pta & facta sua ad ejus gloriam ut primarium
ultimumq; finem dirigat. Licet enim DEUM
è verbo ejus revelato literati etiam atq; etiam
cognoscant, inque supremo Theosophiaæ stu-
dio singulares faciant progressus, ast corda sua
D E O subducant, totosque sese huic Mundo
devoveant, mandatis cælestibus oblitis, &
eorum obdientia excussa, D E I contemptores
osoresqne impii vel ipso Christo judice ha-
bentur, qui eos meliores olim non ducet, quam
puros putos atheos, apertosque gloriæ suæ ho-
stes ac contemptores, usque dum scelestos suos
mores studiose correxerint. *Quemadmodum*
enim [ita notanter alicubi Cyprianus] bona
opera profitentur D E U M, ita mala quodam-
modo loquuntur NON EST D E U S, nec est
scientia in excelso. Quid interest utrum Deum
neget literatus, aut infamet ? Infamat autem
maximè D E U M, qui pudenda vitiorum colit
idola, ipsoque supremo Numine spreto divi-
num decus ad nequitias suas transferre non du-
bitat. Apud veteres unica manu quæ dextera
esset ad osculum admota adorabatur Nume-
ne falsa esset Religio, aut Numen multiplex
coleretur ; Nos potius D E O vero nati sacra-
tique

tique cuncta detestemur factitia numina , ca-
veamusque sollicitè , ne ore solo [ut Aposto-
lus loquitur] D E U M profiteamur, *fæctis ab-*
negantes , & ne nuda duntaxat cognitionis
præsumptione fascinati,in solo religionis nomi-
ne, solaque christianismi umbra acquiescamus,
vera interim pietatis solidæ exercitia omnino
negligentes. Falsò equidem literati[atq; Theo-
logi etiam] dicuntur christiani, qui Christi vi-
tam neutquam imitantur, nisi forte novo quo-
dam nomenclatore vocetur atheistus Ein Christ/
beanus ein Artist / uti nonnemo belle est jo-
catus. Non solum igitur cuilibet veræ
consummatæque felicitatis candidato curâ
singulari omnis omnino abneganda est I M-
P I E T A S , verum danda etiam opera , ut
primùm piè quidem vivat,tum sobriè, denique
prudenter , pungenda & excitanda sæpius ipsi
est conscientia , ut summum illud vitiorum &
malorum omnium. *Impietatem* scil. magis ma-
gisque execretur , soli pietati locum relinquat
in animo , ejusque sincero captus amore , cun-
ctas inanes profanasque vitilitigationes [im-
pietatem ut plurimum generantes] omni in-
genio studioque declinet. In nemine equidem
literatorum fides veraque religio reperitur, nisi
cujus cor Spiritus Sancti luce illuminatum
ejusque virtute regenitum, D E O suo adhæreat
unicè , & in ipso parta felicitate fruatur.

XIIX. Gema PIETAS est omni superior æsti-
matione, auro eti non fulget, nihil tamen pro-

pterea ei decedit dignitatis , siq; vel ipso literario ornatu careat, non minoris fit à negotioso illo mercatore , qui nihilominus eam cunctis suis facultatibus duxit anteponendā. Et quanta sit veræ sinceræque pietatis præ sciendi acumine excellentia ac dignitas vel inde appareat, quod rudes sæpè indocti q; illuc evolarint, unde doctissimi & perspicacissimi scientiarum omnium *Luciferi* excidere. Sempiterno suo & irreparabili damno dæmon didicit sanctæ integritatis, & emundæ subtilitatis notabile discrimen , postquam de supremæ felicitatis sede illustris ille , scientiæque omnigenæ facibus totus ardens & fulgurans angelus esset deturbatus, atque tenebrarum addictus imperio, qui stulto ambitu cœli dominium affectarat. Nec Lucifer solum, verum primus etiam homo ab ipso Orbis exortu expertus est , quantum detrimenti scientia solida virtuti pietatique non sociata afferre possit. Quam primum scil. primævus innocentia nitor occidit, serpentis infernalis lenociniis interemptus , splendidum illud sapientiæ cœlestis habitaculum in vile & rusticum tentorium transiit. Quid quod scientia virtute & probitate destituta nunquam fuerit stabilis & diurna , sed brevissimam ut plurimum habuerit vitam, in ipsis vivendi exordiis suffocata? Licet quidam indolem habuerint ad literas planè factam, brevi tamen disperuere, cum vitiis irrepentibus mentes atque

atque ingenia eorumdem corrupta & depravata fuissent. Sæpe autem eâ gloria D E U S pietatem literarum expertem decoravit, ut rudi sermone & solæcismis (dicente Theodoreto) philosophantium omnium argumenta eliserit. Et cum SS. Numen C A P U T à mortalium nemine, COR verò ab omnibus requisiverit, eo ipso innuere voluit floccipendendâ esse omnem *ingeniosam* terrenamque sapientiam, ni probi cordis integratî ea fuerit sociata. Ut ut igitur indocta etiam pietas summo in pretio sit habenda, multoqué melior literato probus existat; ille tamen omne punctū tulisse videtur, qui JUNCTAM CUM DOCTRINA SINCERITATEM possidere omni cura studioque laborat. Terque quaterq; FELICEM ejusmodi LITERATUM alterum quandam dixeris Baptistam, qui ARDERE simul & LUCERE desiderans, cum lucidissimis doctrinæ suæ RADIIS emittit spargitque ardentissimas etiam virtutis pietatisque solidæ FLAMMAS. *Ipsè est LUCERNÆ ardens & lucens;* Non ait Christus (ita præclare in rem nostram Bernardus) lucens & ardens, sed quod ante ardorbat, dein lucebat, cum LUCERE solum videa- Bernard, tur olera hypocrisim & vanitatem, verum ardore sua serm. in SOLIDÆ & VERÆ VIRTUTIS nota nativit. & indicium. Hoc autem charactere illi præ cæ- *Iab. Bap.* teris LITERATI sunt conspicui, qui de socian- *opp. Tom.* da eruditioni Pietate unicè sunt solliciti, pri- *II. fol.* num Ipsí flagrantes, vivis divini Amoris flam- *102.*

mis accensi, dein nobili sua lucentes doctrinā, opeque cœlesti efficientes, ut alii quoque dulcibus flammis & suavi sinceræ pietatis igne accendantur. Ad summa quæque feliciter aspirabunt excelsi ejusmodi Doctores, cum non solū PENNAS (scientias scil.) ad volatum extentas, verum etiam MANUS sub pennis ACTUOSAS habeant. Hi collectum & conquisitum è COELO pariter ac TERRA favum feliciter adeò distribuent, ut de illius MELLE pietatis vitæque cœlestis suavitatem haurire possint animi, de cerâ verò LUMEN doctrinarum iisdem suggeratur. Quidni par illud optime compositum, nimirum *copulata scientia pietas* ARCA DEI duobus ornata cherubinis posset appellari? Vèrè osculatur cœlestis sponsus talem animam osculo fui ORIS, atque genuinum intimorum amicorum suorum, ipsiusque semipiternæ beatitatis eidem imprimat characterem.

Bernard. *Cum enixè osculum* [ut scitè Bernardus] **Sermon.** *id est Spiritum Sanctum invocet, accipit*
VIII. in *simul per eum quoq; SCIENTIÆ gustum,*
Cant. *& gratia condimentum. Et benè (pergit)*
Beda in *Scientia qua in osculo datur, cum amore re-*
Psalm. *cipitur, quia amoris indicium osculum est.*
18. Am- *Isti [Beda enunciante] sunt VERILUCIS*
bros. in *FILII; quin imò [ut cum Ambrosio loqua-*
quond. *mur,]*

mur,) *D E I I P S I U S*, quibus pater cœlestis
 divinitatis sua eructat arcanum; sunt iidem
 ex Origenis judicio lilia fragrantissima, quæ
 veritatis candorem D I C E N D O præferunt,
 A G E N D O autem purpuram vel aurum ex-
 hibent charitatis. Et cum pius quidem, sed
 literis carens homo oculo veluti altero desti-
 tuatur, siquidem ad *D E U M cognoscendum*,
 magnum scientia præsidium conferre soleat;
 nihil sanè non ille videbit, atque mentis suæ
 acie assequetur, qui utroque virtutis doctrinæ- *Bartol.*
 que solidæ oculo sit condecoratus. Neq; verò *l. c.*
 gemina, aut contraria invicem objecta geminus *p. 87.*
 iste oculus respiciet, sed instar unius videbit,
 multòq; acuti⁹ perspiciet omnia, rerumq; lon-
 gissimè etiam distantium spatia accurati⁹ mul-
 tò metietur. Si cognitionis solidioris lumini,
 F I D E I sinceræ oculus accesserit, literatus
 utraque luce conspicuus, planè lynceus efficie-
 tur, imò effulgebit aliquando ut Stella in per-
 petuas æternitates, ornabit Civitatem auream
 veluti inæstimabilis pretii gemma, illisque Do-
 CTORIBUS sociabitur, qui olim sciendi pariter ac
 vivendi præstantiâ admirabiles extitère, ad be-
 atissimam tandem solisque fidelibus promissam
 adspirabit immortalitatem, affatimque Vitæ
 hujus, tot miseriарum turbibibus agitatæ bre-
 vitatem compensatam reperiet, ubi è seculi

O 5

hujus-

hujus tenebris atque infinitarum vanitatum abyssō, in admirabile cœlestis gloriæ lumen,, optatissimumque supremæ felicitatis pa-
radisum fuerit trans-
latus.



COM-



COMMENTATIO II.

LITERATORUM HOMINUM FASTU SIVE SUPERBIA.

I.



ALTER Satanæ Angelus, à quo ERUDITI HOMINES assiduè impugnantur, & (quod apprimè dolendum) frequentissimè superantur, SPIRITUS ELATIONIS est, pudentaque SUPERBIA, illa sævissima & immanissima bestia , quam Hipponensis Episcopus scitè AMOREM PROPRIÆ EXCELLEN-TIÆ definivit, Salomon verò divino dictante spiritu omnis peccati initium esse enunciavit, nec initium solùm , verum [ut præclarè Pro-sper addidit,] finis etiam & causa , quia nullum unquam peccatum potuit, aut potest, aut poterit esse sine SUPERBIA. Quæ sicut origo omnium est cri-minum,

August.
lib. II. de
Gen. ad
lit.

Prosp. de
vita con-
templ.
lib. 3. c. 2.

Isidor.
 lib. II.
 de Sane-
 mone Bono. minum, ita (Isidoro monente) *Ruina o-*
mniū virtutum; ipsa enim (pergit) in pec-
cato prima, ipsa in conflictu postrema, men-
tem per peccatum prima prosternit, novissimè
de virtutibus dejicit, inde & omnium pec-
catorum est maximum, quia tam per virtutes
quam per vitia humanam (præsertim cru-
ditam) mentem exterminat. Cumq; super-
biā nihil sit imanius, hinc radicale illud litera-
torum hominum vitium præ cæteris, juxta
ipsius quidem Bernardi monitum fuit repre-
hendendum: Primum [ait] vitium incre-
 Bern. To. *pandum est superbia, unde DOMINUS*
 II. Serm. *præcepit: Increpa feras arundinis, id est*
 18. *mentes superbas, qua fera dicuntur quia sunt*
sylvestres ad DEUM, & fera id est crudeles
ad proximum. Talis fera Literatus superb⁹
cū plerunq; sibi spondeat maxima, suas tamen
neutiquam respiciat vires, sed vanas imò insa-
nas sæpè cogitationes in ea intendat, quibus
est impar, altissima cupiat atque conetur; mi-
rum non est si præcipitem quo constitit,
locum neutiquam advertat, sed spissam animi
incurrat cæcitatem. Qui enim fieri potest ut
quidpiam videat, quamvis in artib⁹ literarum-
que studiis lynceos habeat oculos, qui ne UMBRA
quidem suam præ fastus & elationis
caligine cernere valet. Si enim videret, non
 tan-

Tantam esse adverteret, ut alii sub eâ latere, vel
 cæteros ipse præ se contemnere opus habeat.
 Usque eò enim Superbia propriæque præstan-
 tiæ æstimatio & aliorum contemptus sunt con-
 tubernales, ut nullus unquam superbis turgi-
 dusque literator sit inventus, qui non idem
 hoc cœno, turpi videlicet aliorum contemptu
 fuerit maculatus, vanaque & inani opinione
 sui [quam fatuorum adulatorum sæpè adjuvat
 magniloquentia] tantoperè sufflatus, ut nutus
 annutus, renutusque suos jus quoddam esse si-
 bi persuaserit, quo omnes obligentur; Adeò sc.
 magni & intolerabiles LITERATO SUPERBO
 sunt spiritus, iidemque tam pravi & pertinaces,
 cum tamen si intimè fese excutiat, nil nisi i-
 psam repertur⁹ sit inanitatem. *Quam multos vi-*
deas (ita appositè scriptor per quam eruditus) Dan.
hujus farina sapientes, tumidos, superbos, Barol.
tanquam globos ad perfectam geometriam ex- obart.
actos, vix uno terram contingentes puncto, lit. p. 128.
adeò summis duntaxat pedibus eam libant
affectatae quâ carent doctrina specie planè
ridiculi, qui ubi circumspexerint quam pra-
bent sui pompam, Bucephalos putes, ephip-
piario stragulo tam gloriose fulgurantes, ut Petrus
sangi nolint nisi ab Alexandro. Scitè ad-
modum Petrus Blesensis; Antiquus in Ad-
(ait) ille Cœlestes duobus maxime cornibus venturus
sanc̄tos Dom.
Petrus
Blesensis.
Scrit. Id
in Ad-

206 COMMENT. II. DE LITERAT. FSTU
cunctos impugnare mortales solet, ELATIO.
NE ANIMI & immunditia carnis. Vali-
dissimo equidem illo Elationis superbiæque a-
riete nunquam non Viros doctrina eruditione-
que singulari conspicuos est aggressus, summa-
que effecit tyrannide, ut libera aliâs ingenia
miserrimam subierint servitutem, **nec bono-**
rum solum & donorum, sed vitæ etiam, famæ,
& eternæque felicitatis ficerint jacturam. Ut
igitur maximum illud ruinæ literariæ, munda-
næque fallaciæ elementum magis cognosca-
mus, cœlestiæ gratia adspirante eruditis o-
mnibus persuadeamus, ut omni fastu abdicato,
seriæ demissionis studio invigilent, vel impuro
illo aëre quodammodo infecti, ad meliorem
vitæ, christianæ scil. transmigrent regionem,
initio Co[m]mentationis hujus INFELICES quo-
dam, fastuq; turgidos literatos, suis pridem se-
pultos tenebris ad vitam quasi revocabimus.

II. Exitiosa illa SUPERBIÆ peste cun-
cti olim laborarunt Gentilium Philosophi,
solo ferè excepto Epicteto, qui ab omni fastu &
arrogantia alienissimus, maximæ apud omnes
existimationis & famæ extitit, & cum totius
Philosophiæ summam duobus hisce contineri
statuerit, *avέχ,ς καὶ απέχ,ς*, i. e. *Sustine &*
abstine, quantum sincera animi demissio curæ si-
bi cordiq; fuerit, egregiè comprobavit. Alia
longè mens cæteris fuit Gentilium Magistris,
quos fastus animique elatio ita inflavit & ex-
cœca-

cœcavit, ut nec se ipsos agnoscere, nec aliis veræ philosophiæ documenta dare potuerint, quinimò prudentiorum sapientiorumque omnium sannis expositi fuerint atque irrisio*n*i. In hunc censum cumprimis olim venit PALÆMON Grammaticus, postquam gloriatus esset secum natas esse literas, ac secum quoque morituras, publicas etiam obire vias mundique calamitatem lugere non dubitasset, eò quod post suum è vivis discessum Orbem eadem quæ prius exceptura esset ignorantia. Tumidæ huic prædictioni in tantum respondebat eventus, ut ad epitaphium mortuo scribendum nemo ullam adhibuerit LITERAM. Quo arrogantiæ morbo summoperè etiam laboravit Menecrates Medicus, amplissimam sibimetipſi statuam sive *lib. XII.* imaginem poni curans, nec aliam ab ægris mercedem requirens, quam ut servos se Menecratis *bifur.* confiterentur, & JOVEM Menecratem adorarent. Sic Caius Nævius Comœdiographus non solum magnificè ubique ingenii sui monumenta prædicavit, verum tale sepulchro suo inscribi jussit epitaphium : *Immortales fierent fas fore, fierent Divæ Camœna Nevini Poëtam, qui postquam orci traditus est thesauro, oblites sunt Roma latina loqui lingua.* Meritissimo equidem jure fastum tam execrabilem communis excepit deriso, commune opprobrium. Eodem elationis spiritu turgidus Agathocles per l. 8. Aripateticus arroganter jactavit sese & solum & popb.
Primum

*Plut. in
Cicer.*

primum esse omnium Dialecticorum; Q. Ennius, qui Homeri animam sibi obtigisse enunciavit, ipseque M. Tullius Cicerō, quem Plutarcho teste, *immensa gloria cupiditas perpetuò tenuit, quā plurima ejus facta praelata, consiliaq; egregia frequenter sint interpellata.* Cum idem Rōmæ adolescentes plurimos eosq; nobiles, quod se contra disciplinam militarem gessissent, accusatos defendisset; *elatus* inde, è Siciliâ Rōmam contendens, in Campania incidit in quendam ex primoribus, ex quo cum quæsivisset, quid de rebus suis gestis cives Romani sentirent? illeque nihil de iis sibi constare respondisset, mox animo concidit, eo quod mentio sui in Urbem tanquam in vastum pelagus delapsa, nihilo se ad gloriam reddidisset conspectiorem. Incertum est utrum Heracliti lacrymis an Democriti risu vulgiq; fannis dignior fuerit Alexarchus ille sui opinione Grammaticorum alpha, qui suam cœlum arbitrabatur scholam, auditorium stellas, præceptiones suas lucem; nomina, verba, pronomina, signa zodiaci totidem; se verò SOLEM ipsum, quo & dici volebat nomine, & pingi schemate, nec vacabat apud illum culpâ qui fixos in eum mitteret oculos, nec ejus perstringi videretur splendore. Hunc certè Tiberius Mundi cymbalum convenientius nominasset, quam Appiōnem & ipsum Grammaticum, sui-que admiratione ita tumidum, ut sensu planè vacuus

vacuus evaserit. De Galliphane poëta memorat Athenæus, eum carminum & orationum diversarum initia ad tres tantum aut quatuor versus & conscripsisse, & fastu singulari pronunciasse, quo ab imperitoribus multisciens & eruditus videretur. Ac licet Empedocles non fictæ sed veræ doctrinæ, summæque eruditionis laude conspicuus fuerit, fastus tam & arrogantiæ morbo tantoperè laboravit, ut penè pro Numine se coli voluerit, imò Æt. nam insilierit, atque medios sese conjecterit in c. 15. ignes, ut in numerum Deorum translatus videatur. Quemadmodum & Themison Cyprius Hercules dici volebat, eoque nomine sibi rem divinam fieri patiebatur.

III. Sed exemplorum ex gentili Orbe al. latorum sit satis, ne prolixitas fastidium gignat, Lett. 6. tristes potius quorundam Christianorum & 16. pestilenti superbiæ sidere afflitorum Doctorum casus, horrendasque turgidorum Literatorum & Clericorum tragœdias intuebimur, in ipso Ecclesiæ doctiꝝ Orbis proscenio peractas; Lumina quædam eruditionis fulgentissima observabimus, quæ superbia fastuque procurante de cœlo lapsa, inaque fatuos ignes sunt transmutata, postquam sc. novorum dogmatum, hæresum abominandarum, aliorumq; errorū sive authores sive fautores singulares extitere. Triste ruinæ hujusmodi documentum post Simonem illum Magum dedit Marcion hæsiarcha, qui [teste P. Epi-

Epiphanius con-
 trabares. lib. I bis.
 ref. 42. **Iren.** ad-
 vers. ba-
 ref. **Va-**
 lentin. &
 sus. lib.
 I.c. 31.
Euseb. lib.
VI. Hi-
 stor. Ec-
 cles. c.
 43. pag.
 242. e.
 die. **Va-**
 les.
Niceph.
 lib. **VI.**
 bish. c. 3.
Socrat.
 L.3. c. 7.
Sezons.
 L. 1. c. 2.
conf. Ba-
 ren. ad
 annum
 362.

Epiphanio] ad magnam indignationem ac SUPERBIAM elatus orthodoxos hunc in modum compellavit : *Ego findam Ecclesiam vestram, & miram fissuram in ipsam aeternam.* Et revera [addit Epiphanius] fissuram immisit non parvam, non tamen Ecclesiam diffidit, verum se ipsum & eos qui ipsi obediverunt. Sic Tatianus Justini quidem auditor, ac singulare initio fuit noviter in Orbe gentili fundatæ Academiæ Christianæ ornementum, post præceptoris verò [ut Irenæus tradit] martyrium magistri presumtione elatus & inflatus, ab Ecclesia recessit, atque cum Valentino & Saturnino hæresiarchis conspiravit. Novatum quoque fastu & jactantia inani tantoperè elatū fuisse ex Eusebio Nicephoroque discimus, ut sollicitè efflagitarit Ecclesiæ gubernationem, cumque miser ille TUMORE ET AMBITIONE imensa [ut scriptor notanter addit] correptus nihil egisset, in desperationem incidit, & ab Ecclesia se ipsum segregans, proprios cœtus cogere, & novam quandam post defectionem suam hæresim instituere cœpit. Nec minus pulcherrimus ille Lucifer Calaritanus elationis & contentionis spiritu urgente de Christianæ Ecclesiæ cœlo cecidit, magna que concitata dissensione summum orthodoxis luctum intulit, atque incussit timorem. Quā etiam habetur turpiter pollutus hæresiarcha ille Nestorius, [Theodoreto taeniorante] semper suam magis quam

quam Christi gloriam querere studens, neque
 ingenuum illum & fructuosum dicendi cha- Theodor.
 racterem imitatus, qui hominum animos pa- epist. ad
 scere posset; sed ad popularem auram decli- Sporad.
 nando, & vanum populi applausum auccupan-
 do, instabile & abjectum vulgus ad sui desi-
 derium concitavit; imò Socrate addente
 SE IPSUM OMNIBUS ANTECELLERE
 existimans, ex fulgentissimo fidere in fatuum i-
 gnem est transmutatus, inque pudendam illam
 erupit hæresis, quā Mariam vocari vetuit
 DEIRARAM. Innumerous per omnia secula
 cōmemorare possemus doctrinæ ch̄ristianæ
 professores, qui singularibus quidem dotibus
 instruti, ast abominabili illa peste tantoperè
 fuere corrupti, ut semper ad altiora aspirantes,
 fibi & aliis temporalia & que ac semper eterna exi-
 tia, Ecclesia verò gravissima scandala attrax-
 erint. Licet summus auctor suo Philosophus a-
 cerrimusque disputator fuerit PETRUS A-
 BAELARDUS; Superbia tamen ejus fastusq;
 animi immodicus, (quo altiora se semper scrip-
 tari, Atiique Nestorii Pelagii & aliorum da-
 minatos errores defendere, ipsumque D. Ber-
 nardum inanis philosophia & captionibus sup-
 plantare cogisaverat...) effectit, ut tantum
 non omnium odio expositus fuerit atque exec-
 crationi. Nec ipse quidem in calamitatis suæ
 historiâ ad amicorum quendam conscripta dif-

fiteri potuit, inde graviorem se sustinuisse quorundam indignationem. indeq; [quæ ipsiusmet * Abaelardi verba sunt] calamitatum suarum exordiacepsisse, quod supra vires etatis de INGENIO SICO PRÆSUMENS ad scholiarum regimen aspiraverit. Et quoniam (notanter addit) prosperitas stultos (literatos) semper INFLAT, & mundana tranquillitas vigorem enervat animi, & per carnales illecebras facile resolvit: Cum jam ME SOLUM IN MUNDO SUPERESSE PHILOSOPHUM estimarem, nec ullam ulterius inquietationem formidarem frane libidini cœpi laxare, qui antea vixeram continentissimè - Cum igitur totus in SUPERBIA atq; luxuria laborarem, utriusq; morbi remedium divina mihi gratia, licet nolenti, contulit, ac primo luxuria, dein superbia, luxuria quidem, his me privando quibus exercbam, SUPERBIÆ verò, qua mihi ex literarum maxime scientianascebatur, juxta illud Apostoli, SCIENTIA INFLAT, illius libri quo maximè gloriabar combustione humiliando. Etenim quamprimum ejus de uitate

* Petrus Abaelardus, Epist. I. qua hystor. est calam ejus, extatq; initio opp. Paris. curâ Fr. Ambrosii editor. 1616.

nitate & Trinitate divina tractatum, humanis
& philosophicis rationibus refertum vidissent
legissentque adversarii, crebris suggestionibus
Remensem Archiepiscopum commoverunt, ut
quevdam sub nomine Concili celebraret con-
ventum, ipsumque compellerent ut propria
manu librum memoratum in ignem projiceret,
quo facto IPSE [ut disertè ait] SUPERBIS-
SIMUS, nec accepit gratia memor, de subli-
mitatis sua fastigio fuit dejectus, atq[ue] di-
næ pietati tandem vindicatus. Itaque
tristi suo Abaelerdus exemplo docuit quanti-
ponderis sit gravissima illa D. Augustini sen- *Augusti-*
tentia, quod scilicet acutissima & excellen- *pus opif.*
tissima ingenia tanto in maiores ut plurimum LII.
errores iherint, quanto præsidentius, (super-
bia fastuq[ue] urgente) tanquam suis viribus
cucurrerunt. Magno suo periculo id ipsum ævo
superiori didicit Hieronymus Cardanus; Is-
postquam satis temere alicubi negasset se quic- *Cardan.*
quam ab aliis inventum sibi adscribere, cum *lib. VII.*
sufficient sibi propria, atque de iis conquestus *de rer.*
fuisset, qui suppresso nomine inventa ipsius sibi variet.
vindicarent, omnes eos AMENTES vocavit, qui c. 33.
nescirent inventa Cardani talia esse, ut A NUL-
LO INVENIRI potuerint, qui non jam fama egre-
gia esset cognitus. Hinc jure meritoq[ue] Super-
biam Cardani & ingenium nominis auctorita-
tisq[ue] desiderio flagrans perstrinxit Gabr. Nau-

Gabr.

Naud. in

Judicio

de Car-

dano, seu

pref. li-

bro eius

de vita

propria

prefixa.

dæus, in iudicio quod libro Cardani de vita propria præmissum est; *Hoc tandem* (ait ille) *sedecim Cardanam ex intemperie qualiam animi non quam equatis & compostis, absurdam multa fecisse, & minime sibi in omnibus consentanea loquutum fuisse concludam.* Scitum est enim melancholicos omnes, cuiusmodi cum fuisse in dubio apud me non est, **SUPER-BOS ESSE, nimirum q̄ sibi blandientes, & etatos, quia melancholia cum balicuosa sit, flatus illè ventosa faciant ingenia, & magnarum rerum, ut nominis, honorum, auctoritatis, desiderio flagrantia, &c.** Neque verò præter rem hæc de Cardano Naudæum scripsisse argumento est, quod ipse in nono de vita propriacapite fassus sit, sese frequentem de nomine perpetuanda habuisse cogitationem. **Perpetuandi nominis (scribit ibi) rationem & votum tam citò iniit, quam serò spectare potest.** - - **Verum revocatus ratione ab hismodi desiderio, ut nihil inanius eā spe, nem voto solo animadverterem.** Utinam à pestilenti illo desiderio omnes pariter revocati fuissent literati, ut nihil inanius ea spe votoq; esse animadvertisserent! Utinam nostræ pariter ac superiorum ætatum homines quidam literati turgidorum antecessorum suorum periculis & casibus edocti rectius sapuissent, & diligenter.

gentius perniciosa illam principis tenebrarum evitassent catapultam, ne semetipsoſ, urgente elationis pudendæ ſpiritu exaltantes, ampliſſimamque de ſe foventes opinionem, turpiter à supremæ felicitatis, honorisque ſemperni fastigio decidiffent.

IV. Prodeant e cineribus ſuis Literati plures, malorumque fuorum (quæ fastu procurante incurrerunt) nobis, fide dignis uſi interpretibus, Iliadem commemorent. Agmen ducat miser ille Simon Thurvajus Anglus, qui cum dialecticus eſſet acutissimus, & liberalium artium in Academia Parifiensi magni nominis Professor, aſt scientiā quæ iſla plenior quam eā quæ adificat, temereque in ſcholis jactitare non eſſet veritus, ſe totam Christi legem ſcire, ſed improbando annihilare poſſe universam; ita oblivione ſubita fuit percuſſus, ut elemen torum literariorum planè ignarus, ne quidem orationem Dominicam amplius pronunciare potuerit. Conſimilem planè calamitatem olim quidam ſubiit cui nomen Colmanela, homo doctrinæ ſuæ scientiæque profunditate ita inflatus, ut ſumma quæque ſibi de ingenio ſuo ſit pollicitus; ſubitò enim omnem ſcientiam, ac ſi nihil unquam didicifet perdidit, ſpiffæque ignorantia tenebris fuit involutus. Neque ignorantia ſolum, verum ſempiterni exitii tenebras ob ingentem animi ſui fastum (ut quidam, memorant) incurrit ſubiitque famofus ille Do-

216 COMMENT. II. DE LITERAT. FASTU

ctor Parisiensis, qui ex ipso feretro accusatum
se; judicatum atq; damnatum multis audi-
tibus est professus. Memorat ex Antonio Sen.

*Marti-
nus Del-
rio dis-
quis.*
*Magic.
l. 6. c. 2.
Sect. 3.*

Martinus Delrio in magicis suis disquisitioni-
b⁹ circa annum Domini 1370. Neapoli in quo-
dam Cœnobio non paucos comparuisse reli-
giosos, qui uno ore sint professi se ordinis
cujusdam famigeratissimi quondam Doctores
fuisse, Baccalaureos & Lectores, ast ob puden-
dam animi elationem atque superbiam sem-
piternis flammis esse mancipatos, quo dicto di-
ductis tunicis ardere visi, oculis vivorum sint
subduicti. Atq; ut evidentiora miseriæ hujus su-
perbis paratæ literatis documenta producam⁹,

*Josephus
Acosta
lib. II.
de tem-
por. no.
viss. c. 11.*

memorabilem recensemus cujusdā elati tur-
gidiq; Theologi tragœdiā quam Joseph⁹ Aco-
sta in suo de novissimis temporib⁹ opere, proli-
xiori stylo est prosecutus; Vixisse eum scribit
in amplissimo regno Peruensi, ejusque
penè unicum oraculum habitum fuisse,
fastu verò impellente tandem cò fuisse
adactum, ut de summis Theologiæ quæ-
stionibus feminam à diabolo correptam
consulere non dubitaverit, miracula-
deinceps patrare tentaverit, Angelumque
sibi divinitus datum ja^gtitaverit, cuius
ope omnia quæ veller disceret, imo ad
DEI ipsius familiaritatem, & immedia-
tum

tum colloquium pertinet. Neque
hæc solum superbissimum & insanissi-
mum illum hominem pertinacissimè af-
seruisse, verum (satanæ suggestore an-
gelo) enunciasse, concessam sibi sancti-
tatem super omnes angelos & choros cœ-
lestes, cunctosque apostolos, quin etiam
(stupescere qui legis !) oblatam sibi à D E O
unionem hypostaticam , sed ab ipso non
admissam ; datum quoque se redempto-
rem orbis quoad efficaciam (uti quidem
loquebatur stultus,) eò quod Christus so-
lùm quoad sufficientiam fuisset. Quini-
mò illum ad tribunal Ecclesiasticorum
vocatū , ea libertate & facundia perditissi-
mam suam causam defendisse , ut omni-
bus fuerit stupori , horrendumque dede-
rit documentum, quo mentem eruditam
adigere posset pestis illa ingeniorum su-
perbia scelestissima , quam ne imminens
quidem ignis supplicium minuere potuif-
set, cum enim (ait Acosta) ad publicum spe-
ctaculum effet deductus , igne ob horrendas
blasphemias consumendus, semper in cœlum
intuebatur , ignem in Indices grassaturum
cælitus expectans, uti quidem ipsi pollicitus

erat diabolus ; atque ignis quidem nos nullus ex alto corripuit, illum verò redemptorem & novum legistatem flammæ ex immorapuit atque rededit in cineres. Neque verò hunc solum nequissimum diaboli apostolum, atque superbie detestandæ publicum in Peruensi regno professorem, verum etiam alios quoque eò INSANIAE devenisse, ut Christo sese pariter ac Moysi palam præposuerint, tragica Davidis Georgii, Henrici cujusdam Nicolai, (qui circa annum 1556. ejusmodi paradoxam Amstelodami disseminavit,) & aliorum fanaticorum exempla, patrum cum primis nostrorum ætate docuerunt. Humanum planè supergressum modum fuit Alphonsi X Castellæ Regis superba mens, & plusquam divina sui confusio, quam horrida tandem confusio exceperit. Profitebatur ipse astronomum, ut quædam hinc tabulae astronomicæ illius nomine dicantur Alphonsinae. Quâ tamen in arte nec tantus nec tam potens etat, ut ejus humeris Cœlum Atlas auderet credere, absque periculo ruinæ, attamen cerebro suo tantum arrogabat, ut dictaret si D E O adstitisset cœlum componenti, & suasstellis scribenti periodos, meliori consilio docturum fuisse, quo pacto illum suum laborem ordinatus digereret, & proportionibus mutuis convenientius aptaret. Non potuit non offendum cœlum in eum [qui os suum adversus altissimum posuerat] arcere fulmi-

fulmina, detraxitque DEUS homini coronam de capite, ut ex frontis venâ tanquam stulto sanando sanguis mitteretur. Domo enim pulsus ipsomet à filio & exul in terra aliena vive re desiit. Quo ipso Alphonsi avo etiam vixere hominum literatorum alii fastu animique pudendâ elatione ita excœcati, ut non verbis solùm, sed factis etiam turpissimis ostenderint, quantas sape lolium hoc pestilentissimum radices in mentibus eruditorum agere, quanto que contemptui Viros doctrinâ alias incomparabili conspicuo exponere queat. Paucis sumi novissimis hisce temporibus in doctorum hominum inventi sunt eos tu, qui eandem cum Adriano Turnebo demissionis laudem reportarint. Is [ut Sammarthanus ait] licet totius Gal- *Sam-*
lide doctissimus fuerit, ad quem audiendum ab *marth.*
ultimis orbis partibus frequentissimi concur- *Eleg.*
sus instituti, attamen incredibili adeò modestia *l.b.ii.p.*
conspicuus extitit, ut semper vultum *virgina-* *46.*
li pudore demissum gesserit, coque ipso tanto magis singulos in sui rapuerit admirationem. Alium longe animum inflati illi turgidique literatores induerunt, qui fastus elationisque labie toti corrupti, tandem calamitates gravissimas & fulminantes miseras aspexere. Cum famosus ille Italus atque doctissimi Sigonii amictus Franciscus Robortellus (scribente Johanne Imperiali) INGENITOS EASTUS *Jo.* In deponere noutiquam voluisse, ad hanc alacer periodus *lito-*

120 COMMENT. II. DE LITERAT. FASTU

*Musæo
Hist. fol. 61.
62.*

literariæ inhiasset contentioni, tandem graves adeò elationis suæ pœnas dedit, ut Caroli quinti I mp. laudes funebri oratione persecuturus, in ipso dicendi exordio collapsus fuerit animo, sensibusque ita turbatus, ut coactam orationis segetem expandere haud amplius potuerit, sed per ægris audientium noctibus, obscurisque omnium sermonibus fuerit exceptus. Paremque cum decessore hoc suo Robortello casum subiit doctissimus quidem, ast inflantis scientiæ cœno æque conspersus Joh. Faseolus Patavinus, utpote qui [teste Antonio Riccobono] in primis orationis prolusoriæ verbis defecit, ut sine orationis recitatione de cathedra descendere necesse habuerit, præsentibus Præsidibus, Rectore, magnoque auditorum concursu, cum turgidus orator verba protulisset sequentia : *Placuit Serenissimo Venetiarum Principi placuit excellentissimo Senatus, placuit illustrissimi Gymnasi moderatoribus*; statim obmutuit, ita ut à jocosis juvenibus in multis scholarum locis sit prescriptum : *Per verbum PLACUIT, Faseolus DISPLICUIT* : Displicuit non eo quidem, sed immensi poti⁹ fastus nomine plurimis avi sui hominibus literatis Johannes Baptista Marinus, qui multorum inde sibi intestina undique conflavit odia, plurimaque subiit & rem & vita discrimina, cum sui adeò amans,

*Antonius Riccob.
Lab. II. de Gymnas.
Par. s. 46.
p. 52.*

*Jo. Im-
per. l.c.
p. 156.*

jacta-

jactabundus, procaxq; in cæteros fuerit, ut unā quamque scriptionis poeticæ formulam , vel selectiorem paulò sententiam aliorum prognatañ studio , sibi tanquam Caballini fontis vindici protervius arrogare , ac pro novo quodam Musarum parente geniique datore seſe venditare non dubitaverit.

V. Ejusdem farinæ inflatos turgidosque literatos plurimos in Pinacotheca sua Janus Nicius Erythræus atro notavit carbone, vari- asq; Doctorum superborum ideas Orbis conspectui exposuit. Illos inter Johannes qui- dam Ciampolus Florentinus , qui (te- ste Nicio') omnia scientiarum ac disciplinarum genera in sua supellectili nu- merarit , philosophiæ ac poëticæ fa- cultatis Dominus ac magister supremus strum p. haberi voluerit, nec affirmare dubitave- rit multa in philosophia se reperisse Ari- stoteli ipsi incognita, doctrinam ac me- thodum ejus veluti hominis ignarissimi prorsus rejecerit, in versibus autem faci- endis tantum sibi tribuerit, ut omnes qui ante ipsum scripsissent, tum Etrusco tum latino sermone rudes & agrestes vocarit, omniq; verborum ac sententiarum ro- bore destitutos. Virgilium verò ac Fran- ciscum Petrarcham eo nomine felices Thraso

*Jan Nicius**et Erythræus**Pinacotheca**Vir. illus-**II. num.**XIX. p.**63.*

Thraso ille appellavit, quod tot seculis principes poëtarum habiti essent, cum nihil in eis nisi humile & vulgare inveniretur, nec comparandi quidem essent ad eos, qui sua ætate florarent, puta se paucosque alios priscis illis longè esse anteponendos. Quo ipso etiam insanæ mentis æstu codem Erythræo memorante ita

Idem E. abreptus fuit Antonius Maraffa, ut optimè cum iis actum esse judicari, quibus si ve natura, sive error eam mentem injecisset, ut se in aliquâ arte esse OMNIUM PRIMOS existimat, licet digni non sint qui in postremis numerentur, nam iis solis bene esse, & quanquam aliis decidiculo sint, ipsos SIBI plaudere, & ex eo quod didicerint, cum ad id quod est in eo sumnum atque perfectum pervenisse se credant, voluptate omnium maxima perfundi; cumque cognati ejus amicique cum singulari istum morbum expellere studiissent, graviter illos incusavit, quod

Idem E. summandam sibi voluptatem extorquere, & rythr. d. gratissimum mentiscripere vellent. euro. l. part. rem. In pariter absurdâ dictâ tractus fu. l. n. 93. it Iohannes Franciscus Cametonius qui multis audientibus sapientia gloriatus est, perfectu-

fecturum se, ut omnes intelligerent, ne-
minem eorum qui viverent majore,
quam *ipsum* eloquentiae ceterarumque
virtutum instruere, apparatuque orna-
tum, ad scribendā historiam accessisse, sed
tam magnificum dictū (scribit Nicius) ut pote
plenum vanitatis ac spiritus tenuis abiit in
causas, nec abhuc annalia, quae nemo unquam
est inspecturus apparent. Alexandrum,

Tassonum etiam tam elato turgidoque
ingenio suisco idem perhibuit, ut Vitorum <sup>Idem l.
c. n. 110.
p. 185.</sup>
poeticæ facultatis laude clarorum opera
ad suæ censuræ rationem normamq; redi-
gere non dubitaverit. Talem insuper cla-
tæ vanitatis utrem quendam Dicteū no-
stro ævo vixisse ex ejusdem scriptoris in-
dicio constat, qui nihil non omiserit, quod ^{Id l. c. n.}
à superbi hominis moribus esset alienum, ^{122. p.}
sive ad levam sive ad dextram se fleceret, ^{117.}
sive sursum, sive deorsum moveret, sive a-
liquo accederet, sive inde recederet, sem-
per fui similem fuisse inventum. Sed &
ipsum Trajanum Boccalinum istâ Super- ^{Id. num.}
biae culpâ inutiquam caruisse hominem- ^{149. p.}
iisque revera inflatum actumidum extitisse, ^{271.}
qui plus aliquanto sibi tribuerit quam ve-
ritas

tas & ratio concesserit, Nicius collegit ex
 eo, quod gloriatus sit novam à se vitam re-
 pertam, quam philosophiæ cupidi sequan-
 tur, non salebrosam, & sentibus obsitam,
 sed placidam voluptuosam, amoenam, flo-
 ribus herbisque depictam, vel potius SE
 philosophicarum rerum acorem insva-
 vem ac molestum, lepidis ac prædulcibus
 inventis tanquam saccaro condiisse, ac
 bolum conflasse dulcem simul acidumq;
 qui satietati fastidioque medeatur, gusta-
 tuique præter modum jucundus, impura
 & immunda secernat & depellat, quâ ta-
 men novâ philosophiæ methodo depositâ
 spretaque, Bocalinus novam in Parnassi
 vertice civitatem duxerit instituendam,
 cui præcesset Apollo, apud quem tum lite-
 rati omnes de suo jure inter se contende-
 rent, tum principum privatorumque a-
 Etta examinarentur. Et cum librum scri-
 pinacoth. psisset, cui lydii lapidis nomen indiderat,
 III. n. quoque ostendere conaretur, Regis tum
 59. p. omnium maximi ac potentissimi opes ac
 223. vires non ita magnas esse ut hominum
 ferret opinio, sed facile deleri posse, si
 quis alius Rex ad eas infringendas labo-
 factan-

factandasque accederet; die quodam Venetiis ubi se maximè tutum fore speraverit, ab aliquot milibus circumventum, sacculisque plenis arenâ ita contusum, commixtigatumque fuisse, ut ex ea verbervatione supremum obierit diem, nec ipsum Apollinem (cui summum rerum omnium arbitrium tribuebat,) ab eo in fortunio incolumem illum præstare, nec perficere potuisse, quin styli aculeati pariter ac superbiae ingentis graves adeò horrendasque poenas dedisset. Quas si non *Id. p. I.* hac, tamen alia ratione incurrit Angelus *Pinac.* Angelotius, tanto quondam pollutus fastu, ut pro omnium sapientissimo, communique Magistro ac Domino voluerit haberi, cæterum ita loquax, ut lis, qui buscum una esset, nullam sermonis partem duxerit relinquendam, quâ ipsâ de causa (*sæpè laudato Jano teste*) communii omnium odio atque indignationi fuerit expositus. Agmen notatorum ab illo litteratorum turgidorum claudat Raphael *part. I.* Menicuccius, qui fastu modico urgente, *Pinac.* in extremam adeo mentis insaniam incidit, ut crebris jactare sermonibus solitus *n. 160. p. 196.*

Q

fuerit,

fuerit, nominis sui famam iisdem quibus terra desinatur cæli regionibus contineri; nullam esse toto Orbe terrarum gentem, sive humanitate ac literis praeditam, sive morum feritate immanem, sive lingvæ nobiscum societate conjunctam, sive ejusdem à nobis varietate dissidentem, quæ esset expers EJUS NOTITIÆ, nullum esse in terris locum, sive propinquum sive remotum, sive celebrem sive solum, quo NOMINIS SUI FAMA non permanasset; nullum esse Regem, nullum Imperatorem, nullum Dynastam, qui incredibili sui videndi cognoscendique cupiditate non flagraret, & Idalianam nescio quem in primis nominabat, quem Regem Maurorum ajebat esse longè potentissimum ipsius amore mirificè caputum, sed nescienciam frequentius in ore habebat, quam Magnum Mogorem, quo nullus esset in toto Japone clarior; iis adjungebat Sinarum Imperatorem aliosque plurimos, qui nominis sui fama permoti certos ad se mitterent homines, qui suis ipsis verbis salutem plurimam dicarent, munera tradecarent, atque ipsos quoque ad se venturos fuisse,

fuisse, neque itineris longitudinem pericula & incommoda recusaturos, si per bella licuisset. Et ne splendido aliquo titulo ea stultitia careret, i pretis ac repudiatis cæteris hominum literatorū appellatiibus, Comitis cognomen accepit, seq; ab omnibus Comitem Menicuccium appellari voluit, cum omnibus habens gravissimam de loco honoratiori contentionem, postulans scil. ob tam insignem gloriam apud exteror partam anteferri præponiq; omnibus. Advenienti sibi omnes assurgere, deque via cedere jussit, ingredienti ad laevam incedere, multaque adeò inepta adeò ridicula ex insano illo patravit tumore, ut communi tandem omnium contemptui, communi opprobrio fuerit expositus, fumo tandem miserè excruciatus; cum in loco quodam editiore prandium capere statuisset. Verum longè clariora Cæli Literarii sidera nostra etiam ætate sumoso illo fastu ita fuere obfuscata, ut gravissimam apud prudentiores melioresque meritò ineurrerint reprehensionem. Sic Nobilem illum Claudium S. Kirum in omni literatum genere eminenterissimum, ac sine con-

Ostav.
Ferrari-
us in li-
teris ad
Lector.
quas po-
steriori
librorum
de Re
Vest.par-
ti presi-
xit.

troversia hujus evi summum fuisse Octa-
vianus Ferrarius judicavit, sed qui que-
set a meritis SUPERBIA immodicus suis
estimator extiterit, aliorum contemptor,
omnisq; sententia, cuius ipse author non es-
set, inimicus.* Richardum etiam Montacu-
tium Anglorum doctissimum NON SINE FASTU
contra

* In Cimeliis literariis P. Colomesii
pag. 99. leguntur sequentia :

M. Vossius m'adit, que Messieurs Gaul-
min, Saumaise & Maussac se recon-
trans un jour à la Bibliothéque Roya-
le; le premier dit aux deux autres, le
pense que nous pourrions bien tous
trois tenir teste à tous les savans de l'
Europe. A quoy M. de Saumaise ré-
pondit, loignez à tout ce quil y a de Sa-
vans au monde, & vous & M. de Maus-
sac, je vous tiendray teste moy seul.

H. c. Vossius mihi narravit, quum quodam
die in Bibliotecā Regiā Gaulmyn. Salms.
& Maussaciū sibi invicem occurrisserint,
borum priorem ad reliquos duos dixisse,
puto nos tres omnibus qui in Europa vi-
vunt Eruditis paria facturos; cui Salms.
repositis, vos duo jangite vobis quicquid
in universo Orbe terrarum Eruditorum
reperiatur, & ego non dubito me solum op-
povere omnibus.

contra Bulengerum Baronii defensorem in arenam descendisse quidam sunt conquesti, eumque doctrinæ laudes impotentis animi fervore decoxisse judicarunt; *Hypercriticum illum Confers*, (scribit nonemo); ferme se probasse nemini, Tribbecki ipsiusq; popularibus suis bilem movisse, eo proleg. quod mox perstringere mox defendere Casan ad exercitum, Baronium pari modo nunc in astra citas. laudibus evehere, nunc projecta viliorem al. *Anti-Baron.* conculcare non dubitaverit. Hunc etiam in censum quidam putant esse referendū Mo- sen Amyraldū quem tanti honorē suum fecisse *Gwil. Rivetus* prodidit, ut cum à pio aliquo pa- store admoneretur, ut in posterum à turgidis *vetus e-* contentiosisque suis dissertationibus abstine- *pist. A-* ret, subinde repetierit. *Quid ergo de meo ho. pol. p.*
nore fiet? Imò præter Rivetum alii professio- ^{117:}
 nis ejusdem socii ægrè tulerunt, quod D E O & scriptoribus Sacris tot sua affinxerint verba, suisque loquendi formulis propriis, potius ingenii commenta, quam illustrata Sanctorum Apostolorum Theopneustorumque hominum monumenta dederit, sicq; non levem fastus cuiusdam superbiæque latentis fecerit indicinam. Deniq; & Joh. Cameron. in eodem luto hæsisse documento est, quod laud. Riveto teste in sui amatores & admiratores (qui pronis auribus dicta ejus excepissent) se totum infudisset, persuasumque fecisset studiosis, haud recte hac te-

Q. i

pug

230. COMMENT. II. DE LITERAT. FASTU
nus Theologiam tractatam, ut verò ejus veram
haberent medullam; SEFFECTUM,
ostensurumque ea quæ alii Doctores videre
nequissent. Nulli dubitamus literatos quos-
dam etiamnum reperiri, fastu arrogantiaque
immensa suppare memoratis huc usq; gentiliū
pariter ac christianorum pseudo-magistris,
quinimò ipso Alexarcho & Palæmone [quorum
supra mentio facta] turgidores, qui velint ut
montes reliqui sibi cedant velut Olympo. SO-
LI scil. ipsi (ad Alexarchi exemplum) Mundi
SOLES volunt haberi, illuminandis obscuris
nati, & obtenebrandis sua nimiâ luce splendi-
dis. Flores hujusmodi homines se esse putant
omnium tempestatum, nunquam marcescen-
tes. Quorum imaginem qui volet, fumum
pingat ingentem, qui quanto se altius ad nubes
collit, tanto inflatur tumidius, & magis se vo-
luminibus diffundit, picturam porrò hoc ani-
met lemmate: *Quanto grandior, tanto vanior.*
Seipſis enim magis pleni dicam an vacui, nun-
quam minus fideles agent felicesque aliorum
instructores, quam dum nimiâ rerum suarum æ-
stimatores existunt. Tunc potius laudabun-
tur colenturque ab omnibus, si nihil se posside-

L. Vives re faceantur, cuncta animi sui dona bonaque
de causis DÉO soli ferant accepta, caneque pejus & an-
corum- gue omniem animi fugiant ELATIONEM.
ptarum VI. Non abs re Ludovicus Vives fastum
art. I. literatorum sive perniciosum illum animorum
erū-

eruditorum tumorem esse statuit palmariam
corruptarum artium & disciplinarum causam;
Dum scitacē Ph̄losophi [ut notanter illi scribit]
eupiditne proferendi nominis nihil veriti
sunt absone commentari, & à receptis opinio-
nibus longissime recedere. Unde & in hi-
storia tot mendacia, quum arbitrarentur oc-
cupata esse à prioribus vera, & sibi scribendi
materiam præceptam, seque nullo in pretio
futuros si eadem recenserent cognita jam &
per vulgata. Ita quo magis legerentur &
placerent, & admirabiliores forent in vul-
gus, fortiter sunt de Ægyptiis, de Assyriis, de
Persis, de Gracis, de omnibus nationibus
mentiri. Et cum idem morbus olim mirificè
Græcorum vexarit ingenia, ut quidam videri
voluerint nihil omnino ignorasse, [ut Gor-
gias, Protagoras, Hippias, Prodichus, Eutyde-
mus, Dionysodorus & alii,] atque cujuscun-
que quæstionis extemporaneam solutionem
promittere non dubitarint; nemini mirum vi-
debitur, quod vitio turgidorum ejusmodi in-
flatorumque literatorum optima tum loquen-
di tum scribendi commentandique ratio sit
enecata. Utinam vero (addit laudatus Vives.) Idem.
intra Gracia fines vitium hoc constitisset, all. opp.
& non ALIAS quoq; invaserit NATIO. fol. 331.
NES ! Caca est ARROGANTIA

Q 4

(lite-

(literatorum) & quocunque intendit per confidentiam atque impudentiam temerè grassatur. In SUPERBIA hæc alii magna illa & admirabilia tenere ipsi sibi persuadent, vel prava natura vitio, vel quod quum id vidant esse spectatoribus persuasum, ipsi judicio illorum de se acquiescunt. Alii non tam scire se arbitrantur, (neque enim se norunt) quam id aliis creditum esse, ac certam cupiunt. Piores incredibili se progressu in disciplinis fraudant, quum contendere supercedent, quo se jam pervenisse arbitrantur; de quibus gravissimè Seneca: Puto inquit multos ad sapientiam potuisse pervenire, nisi se jam crederent pervenisse: Postiores quæcumque via & ratione queant ostendare opes suas, augere in majus ac melius fucum denique oculis intuentium facere laborant, nihil tacito conscientia & testimonio tribuere. Quæ ipsi sciunt [en expressissimam literatorum superborum imaginem!] OMNIUM PRIMA & potissima volunt credi. Quæ alii, infirma, sepe etiam evitanda, atque aversanda. Nullus est cuiusquam artis adeò mediocris aut humilius quoque ac vilis professor, qui si sit SUPERBUS, non illam aut præcipuum omnium

omnium censem, aut non certè existimari pe-
tit, ac contendat, illudque adeò moribus est
receptum, ut efferre quemq; artem suam &
laudibus caelo aquare, etiam alius omnibus an-
eponere, licere, ac pium esse arbitrentur.

G R A M M A T I C U S se unum putat sa-
pere, despere reliquos; **P H I L O S O P H U S**
reliquos miseratur ut pecudes; **J U R I S-**
C O N S U L T U S alios omnes deridet;
T H E O L O G U S despicit, non quod se ce-
teras artes ignorare dicant, aut præ se fe-
rant, imò nihil cunctantur confirmare, sua
illa una disciplina reliquias universas prä-
stantius claudi ac contineri, quam in libris
eorum qui de illis nominatim tradiderunt.

L. Crassus apud Ciceronem omne disciplina-
rum atque artium genus cognitione juris con-
tineri asseverat, & quidem si D 11 S placet
libello XII. tabularum. Hoc idem nostri Ju-
risconsulti habent persuasissimum. Gramma-
ticus totam philosophiam quam latè se dif-
fundit, historicorum & poetarum libris con-
sineri autumat, quos cum habeat in manibus,
nihil sit quod Aristotele aut Platone indigeat.
Videlicet hoc est **S U P E R B I A E** ingenium,
quantum valeat sibi arrogare, atque ad eum

se modum componere, ut nulla videatur re ca-
rere, qua quidem pulra esse & magnificien-
da videatur. Hinc igitur effusæ illæ pie-
doctorum lacrymæ, hinc pudenda artium &
disciplinarum corruptio, quæ non nisi Davo
illi [h. e. Fastui] cuncta perturbanti suam de-
bet originem. Idcirco videoas falsissima ac
absurdissima in omnibus artibus asseverari
ab iis, qui illas violentè exprimunt ab auctorita-
ribus, qui aliquid earum obiter & quasi aliud
agentes attigerunt, non ad exactam illam
censuram, sed ad eam ad quam opus suum
aprabant. Ita egregiè Vives, qui eodem loco a-
lium corruptionis pessimæ, fontem indigetare
volens, aliud quoq; superbiæ literariæ fastusq;
immodici genus est execratus, quod sc. pestifero
velut afflatu suo non artium solum & litera-
rum bonarum studia, verum nobilissima etiam
& præstantissima ingenia vitiare, atque maxi-
mos quosque impedire soleat profectus; Dux
alii (en Vivis sapientissimi verba !) ab aliis
NOLUNT DISCERE, vel quia se
DOCERE potius credunt posse, quam de-
bere discere; vel quia deditantur aut pu-
det ne se inferiores fateantur, aut alii cre-
dant. Puduit (pergit) à superioribus doceri,
qui nullös voledant fateri superiores se, qui
postulabant credi absoluti in omni sapientia
gene-

genere; Puduit à paribus, multò magis ab inferioribus & vulgo hominum, à quo tamen quæ ad opificia & encyclopædiam pertinent, fuerant roganda. — Si ea SUPERBULS erubescit doceri, quæ erant vel à doctis vel à plebe audienda, qualia oportet exire, quæ is de rebus hujusmodi pariat, quam prava, manca, confusa, perturbata, quam monstrosa, ut magis lœ gentium mentes perturbent ac confundant, quam instituant & illustrent? At saltem bona spes est, dicet aliquis mutaturum eum sententiam, & deprehensio errore redditurum in viam, admissurum meliora & traditurum. Verum admonitioni cuicunque ferocem se Superbus præbet, & contra bene monentem confurgit.

at rabiosus canis: vel quia inferri sibi aliunde lucem posse non putat, vel quia si illata credatur, ignominiam esse censet; contradici sibi injuria loco deputat. Quem ergo errorem ipse uteunque mutaret abs se deprehensum? Si alius indicet, magis insigitur & pertinacius; Quicquid semel animo collibitum est defensit, ne discedere à sententia existimetur: Quod si ipse errorem suum quandoque deprehendit, ita corrigit, ut majorem habeat rationem existimationis sive quam V E R I T A T I S: Non omnino se prius falsum, nec prorsum esse in alia opinione; bene se antea sensisse, nunc melius, & tersius. Prætexit etatem suam, aut occupationem, aut tempus, ne culpa videatur fuisse

NB.

fuisse in ingenio , cuius unius laudem ambit ,
 sed in opportunitate ad bene statuendum .
 Unus Aurelius Augustinus , Vir tantus , *Retra-*
tationum libros reliquit simpliciter ac bona
 fide , quem nullus est ad hoc tempus imitatus ,
 videlicet mansueto Vir ingenio & modice de
 se ipso sentiente . Isti nostri (literati) fastu &
 SUPERBIA turgidi , inverti ac corrumpi
 malunt , quod non ignorant verum esse , quam
 videri errasse , aut fuisse à quo monstrari illis
 aliquid potuerit , & tanto admonitionem fe-
 runt acerbius , si quæ dixerint literis consignata
 evulgarint . Optime autem hinc Vives conclu-
 dit , artes maximam plagam à fastu accepisse &
 superbia , quæ non pertinax solùm & obstinata ;
 verum etiā præceps esse ut plurimū soleat . Nec
 minus præclarè sè pè laudat⁹ Bartol⁹ , præcipuas
 arrogantiæ literariæ causas atque rationes red-
 diturus , notisque & characteribus suis Docto-
 rem superbum exhibitus ; Primo (scribit)
 sua cuique quantumvis exigua , nunquam
 non magna sunt . Privati amoris specu-
 lum concavum pro pilo truncum illi red-
 dit & pro culicibus pegasos . Hunc re-
 rum suarum qui cupid judicem , eas à quæ
 magnificè prædicat ut olim se suaquæ Cli-
 tus ille , qui naves Græcorum tres à se de-
 pressas ut vidit , perinde efferebat sese ac si
 fuga-

Bartol.
 in cha-
 ractor.
 Hom.li-
 ter. p. II.
 p. 265.
 seqq.

Plue. o-
 rat. 2. de
 fort. A-
 lex.

fugatus Xerxes esset, injectaque Oceano
compedes; quin etiam se Neptuno po-
tentia parem existimans, semper exinde
Neptunus vocari voluit. Quæ causa lu-
nam terra quadragies minorem Soli no-
bis æqualem exhibet, terrâ centies qua-
dragies majori? Nisi quod Luna quo ter-
ræ propior, hoc major oculis apparet; Sol
è contra ob longinquitatem immensis ab
ea spatiis disjunctam ideo minor à nobis
conspicitur: Similiter quia nemini qui-
quam vicinus quam suum cuique, hinc
majus semper & mirabilius alieno se no-
bis ostentat; alienum verò quod extra
nos est positum & à nobis longinquum,
propè oculos fugit. Deinde gryllos quis.
dubitetur formicis compositos gigantes pu-
tare? qui pauxillum id quod scit ex eo
metitur quod novit is qui nihil didicit, pu-
tabit se ex ea nimirum comparatione li-
teratissimum. Qui Athenas petebant stu-
diorum causa, eos dicebat Menedemus il-
luc magistros ire, discipulos ibi fieri, inde
redire imperitos, non modo quod quanto
severioribus calculis computabant quæ
scirent, tanto plura esse deprehenderent
qua-

quæ nescirent; verum quia in illo Academiarum flore ex Orbis totius ingeniosis delibato, tam multos & tantos audiebant, ut iis comparati profiterentur se nihil sci-
re. Hac arte Socrates Alcibiadis sui fastu sapienter depressit, qui hereditario tumens censa & immensis præterea au-
ctus fortunæ opibus pro civi monarcham se ferebat: Geographicam illi objecit ta-
bulam, ubi Europa primum indicata, de-
in Græcia, in hac Athenas vix tandem re-
perit: in quibus, agesis, & tua mihi ostendit palatia & tuam illam agrorum infini-
tatem vastam; hac si locum in mundo non habent, qui possunt tibi spiritus af-
flare hominum omnium contemptoris? qui se velut stellam magnitudinis primæ circumspicit, ne se cum minoribus com-
ponat, obvertat in Solem oculos, suamq;
modi sentier cum luce ambitionem vane-
scere. Tertiò arrogantia est minimè fe-
rendæ ubi magnus es inter multos, velle
esse de majoribus unum, & inter maiores
maximum. Quād olim Pompeii super-
biā damnabat odio suo Rōma, qui ut
Vol. I. 2. primum Rēpublicam aggressus est, quen-
quam

quam animo parem non tulit, & in quibus rebus primus esse debebat, solus esse cupiebas. Excessas quamlibet in omni genere literarum, Phoenix non es, nec princeps mobilis, quod suo impetu minores globos circumagat. Nemo tam multa scit, ut praetor ipsum alii nihil sciant, ausisque iis illud Caiphæ exprobrare: *Vox nescitis quis quem.* Non fuit natura tam sterilis, ut cum te fingeret, typum tui aliis non servaret, nec adeò egens, ut omnes ingenio opes in Te conferret unum, mendicitate omnes alios damnaret. Ut quid ergo Te tantum miraris; ac veluti nemo sit, qui possit ex aequo tecum stare, deliras tam largiter, ut dicas cum Deucalione, *nos duo turba sumus!* Cur Proculstes novus ad iudicii tui staturam & modum alios redigis, quasi solam recti & veri mensuram. Sed esto, sis doctrinarum medulla, & inter summos literatorum summus, non pudet tui prædicatione deprimere cæteros; & adeò viles animo ut putida tui dilaudatione aliorum luminibꝫ contendas officere? Audian quanto fragore torrentes se saxis albidant, non dissimiliter ac si forent irata;

maria;

LXXX COMMENT. II. DE LITERAT. FASTA
maria; cum ægrè secum aquæ palmi ve-
bant, qua latum alveū sibi sternunt. Econ-
tra regii amnes quanto silentio, quam
tranquillo in mare se lapsu reportant?
quam procul strepitu omni; quo vel fos-
sa profundum quam implet; vel ampli-
tudinem riparum quas occupant; vel a-
quarum nitorem aut rapiditatem signifi-
cent, muti propè ac taciti fluunt? Cui est
angusto in rivo piscatio, & supplex in-
genii, maximè verò judicij curta; nihil
est eo sonantius in laudum suarum mole-
stissima inculcatione, & æmularum de-
spicientia. Quibus ille omnium aures
quo importunius obtundit, non animad-
vertit, eo apud illos contemni se largius;
nam (ut certè omnino ait Symmachus) *In*
magnos animos non cadit jactantia. Verum
enim verò flocci habent superba ingenia si-
tantum in terris insolescant, nisi apparent
etiam in cœlestibus curiosa; nec solum
ambitu injusto primas in hominibus cap-
tant, sed ausu præterea impio DEI natu-
ram & opera ex intelligentiæ suæ mo-
dulo æstimantes, de rebus divinis judicium
sibi arrogant, &c. *huc usque Bartolus.*

VII. Haud

*Symm.
lib X.
ep. 2. I.*

VII. Haud abs re querat aliquis, quid causæ sit, cur pleriq; Literatitantes opere in sui estimationem propendeant, ut sibi maxima queque tribuant, gloriam rerum bene gestarum frequenter praripiiant alijs, & inani superbia tumore distendantur; Imò ut non *Gregor.*
facilius libri tineis & blattis apertâ Biblio. M. lib.
sbecka corrumpantur, quam eruditii homines XV.
ex scientia insolescant tumoremq; conci. Mor.
pian? Id verò egregiè edisseruit Magnus ille cap. 16.
Præful Hipponeñsis adversus inflatum & lo-
quacem quendam Pelagianum, Julianum sc.
scribens, causamq; mali illius à prima origine
repetens, notanter ibi & verissimè docuit, Augus.
quod in hac tanta nobis aspectabili & à D E O Tom. VII.
creata machina nihil sit rationali mente præ- lib. 4, c. 3.
stantius, capropter mens bona doctaque
magis sibi placeat, magisque seipsâ delecte-
tur, quam quâlibet alia creatura, cumque se-
se maximè amet, ideò sibi varia somnia fingat,
proclivisque sit ut aliena mentiatur esse sua,
& malâ dissimulet quasi non sua, parva & me-
diocria in immensum extollat, ut divinitus
accepta, & quasi suo jure comparata sibi vendi-
cet. Porrò cum in rebus humanis nihil virtute
doctrinâq; præstabilis esse videat, hinc appri-
mite exambiat, ut eâ instructa esse censeatur, &
quia vix laudent justam credat quæ ex alieno
proveniat, illum ubi sit quoque iudicabis quam

R

potest

potest, acceptam ferre nitatur, ita præclarissimè Augustinus. Quis verò hinc dolosum maximè, periculosumque Satanæ non perspiciat laqueum, quo Literatum, bonâ etiam nobilitique mente præditum, tandem in enormem adeò ducit sui admirationem, ut sibi DEUS esse quidam videatur, à quo fas sit ipsas docendi vivendique accipere leges, imò ad tantam incitet temeritatem, ut quicquid in buccam venerit, effutiat, omissoque diligentiori examine cuncta meletemata sua tanquam oracula pronunciet, & quo confidentiora fundere verba valet, ed præclarius secum agi existimet. Quid quod homo eruditus, turpi superbìa in ipso aliorum fastu damnando sèpè extollatur; ut accidit Diogeni, qui ut taxaret Platonē, (qui nitidiori supellecibili delectari videbatur ac ilustriori,) ad ipsum accedens pedibus premere cœpit culcitram, atque se Platonis fastum calcare proclamavit, *sed alio majoriq; fastu*, utī Plato festivè reposuit.

Senecca spiff. 24. Sic Seneca de quodam, qui valdè infensus erat iis qui repente nobilitati in cæteros superbiunt, scitè ait: *At odit eos, qui subita & magna potentia insolenter utuntur, IDEM FACIET, cum IDEM POTERIT.* Iste nimicum, qui illos nunc damnat, idem aget quod illi faciunt, cum eandem potentiam nactus fuerit, pergit ibidem Seneca: *Multorum quia imbecilia sunt, basent vitia, non minusq; usura, cum illis us-*

res sua advenorint, quam illa qua jam felicitas apernit. Nimirū instrumenta illis explicanda nequitia desunt, quemadmodū serpens etiam tutò tractatur, dum riger frigore, non desunt tunc illi venena sed torpent, multorum crudelitas, ambitio, (Superbia) ut paria pessimis audiat, fortuna favore deficitur. Sic Seneca. Quo impietatis denique isthæc pudenda animi elatio, & seipsum extollendi cupiditas doctum cum primis hominem impellat, quantaque insolentia confidentiam istam excipiat, quidam oratorum veterum arroganti hæc sententia prodidit: *Judicium hoc de Nat.* Cicer. III. *omnium mortalium est, fortunam à D E O Deor.* petendam, A SE IPSO SUMENDAM ESSE SAPIENTIAM, ideoq; (addit.) neminem unquam Herculi decumam vovisse ut esset sapiens; cumque iterum præfractè affirmasset; *Neminem unquam D E O acceptam retulisse virtutem, in hæc planè profana, nefandaque superbiz fermento fœdata verba erupit.* Nimirum rectè: propter virtutem enim jure laudamur, & in virtute rectè gloriamur; quod non contingere, nisi id donum A NOBIS, ET NON A D E O HABEREMUS. At uero aut honoribus aucti, aut refamiliori, aut si alia quidpiam macte summo fortunato.

nō, aut depulimus mali, cum dijs gratias agimus, tum nihil nostra laudi assumptum arbitramur. Num quis, quod BONUS VIR effet GRATIAS Diis egit unquam? En putidam atque fœtulentam Superbiæ philosophicæ sentinam! en pessimam malorum literariorum lernam, atque bonorum donorumque alias insignium corruptricem! Quam impie & insipienter ista pseudosapiens evomuit, imò quā perverse de Deo sentit literatus quilibet, si ita sentit, quam insanus laudis & existimationis propriæ est amor, qui aliàs doctissimos hoc modo insanire cogit! Ideò Animi sui bona D E O accepta ferre non vult turgidus literator, quia propter illa JURE LAUDETUR, inq; iis rēlē glorietur. Quid si verò phitodoxos imò paradoxos ejusmodi Doctores verbis compel-

Psal. IV. Iaremus Davidicis : *Fili Hominum, ut quid diligitis vanitatem & queritis mendacium?* Vanissima equidem vanitate occœcati sunt, quicunque bona dona q; sua sibimet ipsis vendicare non verentur, huc eos adducit immoda- ca & inconsiderata laudis cupiditas, à quâ, si saperent, recederent longius, nec doctrina vir- tuteque suâ turpiter adeò abuterentur, neque ex hac vitali radice mortiferos adeò fructus carperent, si donorum bonorumque suorum laudem sibimet ipsis non tantoperè arrogarent, quia potius sua omnia à D E O omnigenæ se- licitatis

licitatis fonte provenisse, etiam atque etiam sibi persuaderent. Quoties bellè & ex voto ipsis aliquid cesserit seu in scientiis, seu in scriptorum editione, sive in cæteris vitæ negotiis, aut novi cujusdam inventi laudem sint consecuti, istius felicitatis causam si verè saperent, neutiquam propriæ tribuerent industria, nec cujuspiam inde captarent favorem, sed merè pure que ea omnia in DEUM referrent, & ad Sophorum cœlestium exemplum procidentes & adorantes, coronas suas, h. e. aureæ doctrinæ ornamenta ante DEI thronum mitterent, suavissimè concinentes : *Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam & honorem & virtutem, quia Tu creasti omnia.* Sanè si ingenio suo, arti, scientiæ, peritiæ, consilio, judicio, industria quicquam vendicent, in mala quævis, putidamque vitiorum omnium sentinam proni ruent & præcipites, quodque alienum, ipsiusque DEI est sacrilegè suffirabuntur, illi Regi similes, qui Regiani domum, urbem in Orbe maximam in roborem fortitudinis SULÆ, inque decoris proprii incrementum se ædificasse est gloriatus, mox tamen de Regiæ Majestatis solio depulsus, infra cunctos mortales, ad bestias & ferarum pabula fuit amandatus, donec malis propriis eruditus sonora voce exclamavit : *Glorifico Cœli Regem, cuius opera omnia vera, via ejus & judicia.*

Dan. IV.

R. 3

rectas

246 COMMENT. II. DE LITERAT. FASTU
recta, qui GRADIENTES in SUPERBIA
humiliare potest. Ipse DEUS virtutum, in
quo anima mea latabitur.

IX. Ut verò pestis illius literariæ natu-
ram & indolem paulò accuratius expendamus,
doctioraque pectora à turpi fastu & pudendo
cæterorum arceamus contemptu, VITIA non
minus è pestiferâ superbiz radice pullulantia,
quam DAMNA, suam inde ducentia originem,
cunctis eruditis ad animum revocabimus. Ad
VITIA, seu labes turgidum & inflatum Literatū
concomitantes quod attinet, ipsa rerum magi-
stra experientia hactenus abundè docuit,,
quemvis superbum Doctorem pro ultimo sum-
moque studiorum actionumque suarum fine
PROPRIAM habere Excellentiam, morosum
esse & contumacem, obsequii impatientem,
contentiosum & invidum, rigidum atque se-
verum acceptarum injuriarum ultorem, im-
probum simulatorem, exosæ singularitatis no-
vitatisque admiratorem, rixarum odiorumque
vel authorem vel fautorem, nec non insignem
promotorem, adeoq; omnium ferè dedecorum
& flagitorum stenum sectatorem. Audia-
mus D. Bernardum quid scribat ad fratres de-

Bern. ad monte DEI ; Superba inquit ex usu voluntas in
frater. de monte magna sagè cordis inopia tumentem efficit [lite-
monte rati hominis] animum, unde procedunt vana
DEI. gloria, fiducia sui, negligentia DEI, jactantia, in-
obedientia, contemptus, presumptio, & cetera ani-
me

ma pecces, que ex tunc e & usq[ue] superbia profuerent. Hinc alibi radicale peccatum Superbiā vocare non dubitavit, ex quo omnis detractio generetur, iraque & indignatio crudelissima. Ferrea equidem superbus literatus habet viscerā, sævumque & crudelem in omnes animū ostendit, odio habens maleque tractans etiam optimos. *Ubi fuerit superbia ait Regum sapientissimus, ibi erit & consumelia,* siquidem arrogantes & corde tumidi semper parata habeant verba injuriōsa, imò ut Climacus notanter addit, *in corde superborum sapè blasphemā etiā verba nascuntur.* Admodum scitè Demetrius Philosophus dicebat, *supercilium non esse pusillum negligendumq[ue] mombrum,* sub quo videlicet omnis virtus doctrinaque umbrari & obscurari possit. *Superbus & arrogans* [ait rursus Salomon juxta vulg.] vocatur *INDOCILUS, qui in ira operatur superbiam;* Etiam si doctrina eruditioneque singulari polleat, ast solummodo nomiñis sui quærat celebritatem, omnesque præ se altissimo despiciat supercilio, id plerumque assequi solet, ut indoctus ineptusque vulgo appetetur, & qui ceteris iudicio prudentiaque præferri debebat, haud immerito pro stupidissimo & abjectissimo reputetur. Non solum enim communis hominum ita fert estimatio, ut hi qui ex superbia magnos sibi spiritus sumunt, ubique vilescant, sed etiam ut insipientes ab omnibus despiciantur.

Prov. XI,
vers. 2.

Prov.
XXI.

vers. 23.

tur. Præter stupiditatem autem *iram* quoque & *furorem* superbiæ [literatorum] esse affinem, Salomon loco all. est testatus: *In IRA* (ait) *operatur Superbiam*. Nil certius, siquidem *satis* exploratum, longâque experientia confirmatum sit, literatos superbos vel levissimè lassos ad iram imò furorem concitari, instar pulveris pyrii levicula indignandi scintillâ tactos, totos ardere, crepitare, tonare, furere, comminuere, omnesque indignandi terminos, imò omnem modestiæ justitiæ ac charitatis regulam excedere, & cum instar podagricorum semper metuant, ne vel verbulo vel gestu à quopiam tangantur, hinc omnia sibi indulgere, neminem revereri, nullius parcere famæ, nullam non ludentibus referre ignominiam conantur. Sicuti membra livida & tumentia dolent quantumvis leviter astricta ; sic etiam elati ob levissimas molestias iram concipiunt haud ita facile sopiaendam. Isto enim furoris œstro perçiti superbi literati ad quascunque injurias, contumelias, & probra adversariis inferenda maximoperè urgentur, in obvios quosque pus suum evomere, imò optimos & innocentes turpi conspergere luto haudquaquam dubitantes. Quid quod pudendam atque execrabilem ipsius superborum principis diaboli præ se figrant imaginem, cum ipsi DEO superbæ manus intentare, cumque veluti novi quidam Titanes oppugnare videantur. Magnus ille Hippo-

nensis

mens Præful in qualitatem scientiæ quæ dæmones adeò superbos efficiat, inquirens, *scientiam esse statuit tantummodo inflantem, omnig, destitutam charitate;* ideoque inflatos adeò atque superbos fuisse, ut honores divinos, & religionis servitutem, quam vero D E O deberi sciebant, sibi fategerint exhiberi, planèq; divinum in homines sibi arrogarint vendicarintq; imperiū. Quis dubitet itaq; asserere, animas superborū [præsertim literatorum, quib⁹ inflans Scientia inest charitate destituta] dæmonibus esse simillimas, cum & ipsæ divinum quendam honorem sibi vindicent, & veluti terrestriæ quædam Numina in Orbe erudito velint adorari. Istos de se magnificè, contemptim de aliis & abjectè fabulantes cum audis, advertas illicò quam verè in eos quadret illud Philippi Macedonis ad medicum suum: *Philippus Macedoni SALUTEM!* Quod fuit Medico medicum fieri, & hoc helleboro ejus curare cerebrum! Quo ipso apprimè indigent omnes illi inflati turgidique literati, qui jactant nihil esse in scientiis sublime quod suo pallio ipsi non involvant, nullas doctrinæ gemmas, quas sua non claudant concha; dictata nusquam ulla, quibus in mari literarum navigetur tutius quam suis; nulla documenta, quæ ad veri & recti ultimas metas pertingant certius; denique ut de stellis ait Manilius:

Altius his nihil est, hac sunt confinia mundi.

Est

August.
lib. IX.
de Civit.
Dei cap.
30.

Manilius
lib. I.

Est illis pariter ac Polyphemo apud Theocritum, verè hirsutum, verè diabolicum supercilium, per totam frontem ab aure altera ad alteram protensum, fastus immensi hieroglyphicum. Mirum est quam citò turgidus ejusmodi literator ex quāvis laude intumescat, si aliqua ejus scriptio exierit in publicum, jam famæ nominisque sui magnitudinem. Longo & alieno metitur pede, nullos alios in universo Orbe eruditō nisi de se uaque multiplici doctrinā usquam sermones misceri existimat. Fontes alios scientiarum, & rivos duntaxat esse jactat, se verò oceanum; alios talpas, se lynceum, papiliones alios, & muscas, se aquilam, adeoque parum est literato superbo quod neminem ferre possit sibi æqualem, SUPRA OMNES esse appetit, cunctisque se doctiore præstantioremq; esse existimat. Aliena plerunque contemptim ac malignè, sua verò singulari cum admiratione legens, malis Musicis fit similis, qui quantum aliis sunt modesti, tantum sibimetipsis placent ex animo, sumque sibi frequenter arroget bonum peregrinum, nec habeat quod se habere jactat, despiciisque cæteris, summus & præcipuus, ac ut vanus ille turgidusque homuncio SOLUS SICUT SOL suspici æstimarique velit; mirum non est quod in profundū vitiorum pariter ac malorum calamitatumque omnium barathrum dilabatur, & mente quasi rationeque

ECCLESIA

cœcus in sempiternæ perditionis voraginem
fese agat præcipitem. *Et verò quis ferat*
(scite ante laudatus ait scriptor) *homines aut Bartol.*
venditandis suis aut propugnandis alienis sic char. lit.
addictos, ut velint ea pro ORACULIsha-p. 233.
beri, erroris expertibus, & pro auro omni
suspitione metalli alterius planè exempto?
S. Ambrosium audiant, qui sua sic deosculan-
tur tanquam filiolos, Patris amore judicis
animum obturbante & iniquiorem ferente
sententiam, &c.

Optandum apprimè esset, ut D O C T I
omnes, quod huc pertinet saperent & intelli-
gerent, non lyram imitarentur, quæ se non au-
dit, quin potius sibi frequenter ad animum
VITIA revocarent atrocia, quæ è virulenta
ista pestiferaque radice pullulant, & DAMNA
etiam ingentia, quæ illis nunc amplius dabi-
mus expendenda. Ac primò quidem planissimè
sibi persuadeant, vel solam, quâ laborant animi
elationem efficere, ut parciori mensura dona
cœlestia accipiant, quippe quæ alveo quasi an-
gustiore in eos defluunt, qui propriæ potius
quam divinæ gloriæ amore studioque sunt oc-
cupati. Innumera equidem D E U S in erudi-
tos homines effunderet beneficia, & infunde-
ret munera, nisi illorum torrentissimum impe-
tum, objectâ veluti catarracta superbia sisteret.
Videte obsecro torrentem, objectumque ei
lite.

literati considerate obicem ! Non est mērsum
præclarè ait nonnemo , g̃emebundi literati
personam gerens , quod inopes simus virtutum

Bonav. gratiarumq; cœlestium , cum matrem &
lib. II. s̃tudem earum scil. humilitatem tam alie-
de profec. nam à nobis sentiamus , - - Aut desidia no-
Relig. c. strain causa est , quod non instanter querimus ,

33. aut superbia , et si enim queramus instanter ,
videt tamen D E U S nos prinos esse ut inde
extollamus , & fieret nobis ipsa donorum ejus
sublimatio altioris causarum. Profundi-
ari fundamento altiora edificia indigent , &
arbor excelsa si radicata non fuerit facili-
us ventorum impulsu evertitur. Eadem
que ratione insignis ille morum magister Gre-

Greg. M. gorius utitur , justiorem melioremque in di-

I. XXIV. spensandā gratiarum donorumque cœlestium
Moral. varietate (quod scil. eximia quædam dona non

c. 6. concedantur laborantibus) causam non repe-
riens , quam ut tanto longius erudit̃ a fastu &
superbia removeantur , ne tantorum bonorum
ponderi impares , omnibus tandem excidant ,

August. ac turpi deiijciantur elatione. Quod ipsum
lib. II. de disert̃ etiam docens D. Augustinus ; Nos

Mer. & autem (ait) quantum concessum est sapiamus ,
Remis. & intelligamus D E U M ideo non tribuere

c. 29. vel certam SCIENTIAM , vel vicitricem ,
dele-

delectationem ut cognoscant (erudit) non à se ipsis, sed ab illo sibi esse lucem, quā illuminentur tenebra illorum, & suavitatem, quā det fructum suum terra eorum. Multa sēpè in eandem sententiam repetit insignis ille cœlestis gratiæ vindex & propugnator Augustinus, verum hæc dixisse sit satis, ut vel doctissimi sapiant, & intelligent divinorum donorum gratiarumque rivulos per putidum superbiæ coenum impediri, quo minus copiosè erumpant, atque pectorum eruditorum prata benignitatis omnigenæ scatæbra irrigent atque fœcudent. Hinc appositiè notanterque Cl^mmacus superbiam STERILITATIS maximum argumentum, divini adjutorii expulsionem, la^mpsum ministram, delictorum custodem, denique DEI perpetuam appellavit *adversatricem*. *Jo. Cl.
Grad.
XXI. &
XXII.*

IX. En alterum, idque magis horrendum nefandæ SUPERBIÆ DAMNUM, & malorum omnium longè gravissimum! DEUM, utpote potentissimum Cœli Terræque Dominiū omnes superbi Doctores habent adversarium, à tergo ijs severus judex & vindex imminet, brachijque sui omnipotentia efficit, ut sedem nusquam stabilem fixamque sortiantur. Audiant hinc & seriò revocent ad animum omnes inflati ac turgidi literatores, geminæ ipsis ad audita timnant aures: DEUS SUPERBIS RESISTIT! terribilis vox, ipsa potentia sup^mrema

prema fese opponit infirmitati , quomodo ea
stabit ? Fortitudo adversatur imbecillitati , quo-
modo non ruet ? Justitia , impio , quomodo is
non plectetur ? Immortalitas mortali , quomo-
do vivet ? Quomodo tantillus subsistere po-
terit homuncio , tanto resistens Domino ? Quem
conspirante universæ coelestis curiæ voto bene-
volum atque beneficum experiri possent , ei ne-
fasto suo fastu reluctantur , fontesque benigni-
tatis inexhaustæ obturant , nec totis alveis in se
influant . O quā miserè sic turpiterq ; imponunt
sibimet ipsi hominum alias sapientissimi ! Non
est quod quis inflatis hujusmodi utribus alias
optet poenas , *Esse superbū* ait ille , maxima est
superbia pēna , *fastus placens sibi animi est Rex at-*
que Tyrannus . Nec à veritatis sulco erravit Poë-
ta canens : *Est verum verbum frangit DĒUS*
omne superbū , semper eisdem ab his , quibus
elatum est superciliū haud longè Nemesis ab-
fuisse , cunctaque elata capita tonitru prius
conterrata , cœlesti igne deflagrassæ sacrarum
pariter ac profanarum historiarum monumen-
ta testantur . Imò ipsi Poëtæ veteres , tristes su-
perborum literatorum ruinas respicientes , haud
adèò absurdè commenti sunt , Thamyrim , se-
cantu Musas vincere posse gloriantem , omni
canendi facultate ablatâ excoecatam , ei que om-
nis citharistriæ artis oblivionem injectam fuis-
se ; Bellerophontem res suas gestas pernimum
ostentantem , impudentesque oculos colo im-
mitten-

mittentem, ac de divinis judicantem operibus,
 à Jove deturbatum & ad tenebras perpetuas es-
 se damnatum; Ajacem à Neptuno ob solam
 impudentiam adactum ut gladio incumberet.
 Verum ut summam gravissimæ illius tyrannidis
 potentiam luculentiori exemplo quilibet tur-
 gidi literati discant atque intelligant, supre-
 mum illum Angelum sibi frequenter ponant
 ob oculos, qui splendoris ac decoris eximia
 prærogativa Lucifer nuncupatus, non alio
 quam isto superbiæ venenato telo cœlitus dejec-
 tus, & ab angelorum tam sede, quam sorte fe-
 lici, ad tenebricosos impietatiq[ue] in æternum
 destinatos carceres miserè fuit detrusus. Tan-
 tum videlicet una potuit fulgentissimi sideris
 elatio! *Sic actum est in Angelo*, (ait eleganter
 Bernardus) *quid de me fiet, terra & cinere?* ille Bern.
in cœlo intumuit, ego in sterquilino, quis non sole. hom. 54.
rabiliorum in diuite superbiam, quam in paupere du- in Cans.
cet? Nec minus acriter ab alio monemur ve-
 teris Ecclesiæ Doctore: *Consideret homo* (lite-
 ratus) *quid elatus in terra mereatur, si & prala-*
tus angelis, Angelus in cœlo profernitur. Viderat
 nimirum [en superbii Doctoris exactissimum
 exemplar!] Lucifer divinâ se claritate indutū,
 atque præ cæteris angelis splendore sapientiæ,
 virtutum pulcritudine naturæq[ue] perfectione
 præfulgentem; yidit & se mirando suspexit,
 & nimium quantum amavit, exindeq[ue] illa si-
 bi ut naturæ debita arrogare, ut congenita &
Gregor.
lib. 32.
Mor.
c. 18.

pro-

256 COMMENT. II. DE LITERAT. FASTE
propria vindicare , ac præcelsum à cæteris ho-
noris gradum postulare aggressus est; puduit id
tantum bonum conditoris gratiæ referre acce-
ptum ; puduit subditum esse DEO, cumque si-
bi uni cætera omnia concederet videret , ne qui-
dem uni illi cedere voluit, ab illo ista omnia es-
se & conservari oportere , non sustinuit fateri.
Hinc desertus à DEO, quo egere se diffitebatur,
instabilis repente & nutabundus effectus, & in-
firmitatem propriæ naturæ persensit , & beatit-
udinem , quâ DEI munere fruebatur , amisit .
O ruinam ruinarum omnium primam & ma-
ximam , quâ filius ille lucis primogenitus , qui
veluti Sol inter stellas, ita prope inter angelos
lucis ille emicabat, uno superbiæ afflatu fulmi-
natus , princeps tenebrarum, & execratiō secu-
lorum factus est. O verissimum effatum : O-

GREG. M. mnis peccati initium esse superbiam ! Per
lib. 34. hanc enim Lucifer succubuit, per hanc se se-
MOR. C. quentem hominem stravit : eog. tela salu-
18. tem nostræ immortalitatis impetiit, quo vi-
tam sua beatitudinis extinxit. Quæ ita-
que de summæ felicitatis sede Angelum aktiora
spirantem deturbavit SUPERBIA, ea homines
Angelis proximos, præstantissimis nimirum a-
nimi, ingenii, doctrinæque dotibus ornatos
LITERATOS damnis afficit innumeris, de-
nique in extremæ miseriae conjicit barathrum.
Nihil etenim (præclarè dicente Chryso-
stomo)

stomo) superbo homine (literato) miseri-
ue, nihil insanius, quamvis ditissimus, (do- Chrysost.
ditissimus) sit, quamvis *M U L T A E X-* in Job.
TERIORI SAPIENTIA praditus, quam-
vis potens, quamvis omnia qua hominē ex-
optanda videntur in illum congerantur. E-
tiam qui in revera bonis superbit, & illorum
omnium amittit mercedem. Quod ipsum
probè considerans D. Aurelius ; *Vitia cæ-
tera* (præclarè scribit) in peccatis, *superbia* Auguſt.
vero etiam in recte factis timenda est, ne epift. 56.
illa qua laudabiliter facta sunt, ipsius lau-
discupiditate amittantur. Similiterque Bern. de
Bernardus rationem redditurus cur pauci a- ordin. vit.
deò ad perfectionis culmen perveniant, solam
detestatus est *S U P E R B I A M*, quæ prædo-
nis instar naves optimis mercibus onustas inva-
dat, ac summos quosque miserrimè opprimat.
Quanta Orbis eruditī sidera fastu impellente
de cœlo lapsa inque fatuos ignes sunt trans-
mutata ! Quam præcelsa illustriaque inge-
nia propter turpem arrogantiā à scopo ve-
ro exciderunt ! Quam præstantes doctrinā
Viri, eruditionisque abstrusioris cultores, im-
mensa per volutantes volumina, sapientiam-
que per latebras & recessus altissimos inqui-
entes ceciderunt turpissimè, suisque scien-

tiis immersi fastuque turgidi æternum perierunt ! Licet mirificè cum Socrate in Athenæ suis sint philosophati , ast cum Pythagora superbierint tantoperè , ut nihil de Diis , neque ~~sunt~~ , neque ut non sint dicere voluerint , miserè sunt reprobati , & ab Ignoto DEO combusti . Et quamvis alii cum Marco Crasso & Tullio Cicero in pulpitis suis satis vehementer tonerint , ob immensam tamen animorum suorum elationem ad ~~conantem~~ stygem sunt alegati . Taceo vetustioris ac recentioris ævi Philosophos , taceo mille eruditos alios , qui insonoro vestigio facilique descensu abivere ad plures , & jam cum Hannibale , qui Romam expugnaturus bis imbre densissimo coactus recedere cum statim post pugnam potuisset , clamant æternum : *Cum potui non volui , cum volui non possum* , scilicet serò sapiunt Phryges , & cum jam urgente fastu ceciderunt , primum agnovere periculum , dumque cum Thalete Milesio Cæli fastigium animo conscenderunt , in perpetuæ damnationis puteum sunt prolapsi , atque præclaræ doctrinæ virtutisque initia turpi fine concluserunt . Arroganti nimirum conatu cogitationeque eruditionis palæstram sunt ingressi , bonaque sua non DEO donorum summo largitori , sed sibi adscripsere , ea que propter à divina providentiâ derelicti , omniisque præsidio auxilioque coelesti privati , mox ab infernali su-
per-

perborum principe in fraudes varias ita inducti, ut illecebrosis succubuerint desideriis. Cum teste Plutarcho quondam nonnulli fastu elationeque turgidi se Regibus pares prædicarent, eos Nero convivio adhibuit, ac super *utres inflatos*, & ad similitudinem sellarum conformatos sedere fecit, dum ergo ipsi accumbentes, & quasi utres utribus insidentes, sedibus suis magis intumescerent, quod sic honorarentur ab Imperatore, ministri Neronis jussu utres illos acu perforabant, ita ut inflati turgidi que illi homunciones utribus aëre evacuatis, humili sese prostratos, non sine Imperatoris aliorumque risu deprehenderint. Idem fermè turgidis frequenter accidit literatis, qui dum *utribus insidere*, seu magni apparere laborant, cum summo rubore ad loca novissima detruduntur.

X. Haud malè Doctrina eruditioque insignis plenæ assimilatur. LUNÆ, quæ æmula fiat SOLIS, ait eo lucem ab illâ subtrahente, propriam demum agnoscat vilitatem, quasi dicens : *Tunc cornua perdidisti, quando cornua acquisivi;* Lucem verò tunc acquisivi, quando lumen amisi, quamprimum scil. acceptum perdidisti fulgorem, tum propriæ cognitionis lucem sum consecuta. Hanc Lunæ ideam omnes illi præ se ferre videtur eruditii, qui aliunde accepto scientiæ suæ lumine mirificè intumescent, doctrinâque PLENI, Patris Luminum

fiunt æmuli, ac velut novi Luciferi SIMILES se jactant A L T I S S I M O, eo autem lucem suam ab illis auferente, nil nisi meram inanemque deprehendunt vacuitatem. Licet fastu turgidi in abundantiam sua dixerint : *Non movebimur in eternum*; reipsa tamen mox experti sunt *DEUM faciem suam avertisse ut facti sint conturbati*: Semper nimirum DEUS avibus hisce altè volantibus accidit alas, & astris minitantes coæquat solo, *Nunquam* [ait ille] *sine noxa est superbia, Deumq; sensu per experitur hostem capitalem*. Tanquam ignis dona eruditorum præstantissima fastus immodicus consumit, extremumq; Viris etiam maximis accersit exitium. Et cum ea ignis natura sit, ut alienis crescat detrimentis, atque ut SUOS FUMOS efferat longè lateque flammam excitet, inque pulverem ac cineres redigat omnia ; ita quorundam literatorum fastus & superbia aliorum etiam doctiorum & meliorum injuria depressioneque tantoperè alitur & augescit, ut tantum sibi elati inflati que illi honoris gloriaque accedere potent, quantum decesserit cæteris, neque se in hominum oculis collucere posse existiment, nisi in-
Salvian. star ignis in cæteros omnes grassentur, eos de provid. [si fieri possit] prorsus absument, atque ut præclarè Salvianus ait : *Ut pauci illustrentur, Mundus ipse evertatur, unius honor, Orbis totius*

tius sit excidium. Sic Antiquorum quidam
 Agathon [Dorotheo teste] superbè loquen- Dorothe.
Doctr.
IV. de
Timore.
 tis eruditi libertatem INCENDIO MA-
 GNO comparavit, quod cum excandescat,
 omnes ab aspectu suo procul abire compellat,
 nihil esse hoc igne molestius, quandoquidem
 omnium vitiorum sit seminarium & geni-
 tr. x passionum. Sed & FULMINI similli-
 mam esse hominum doctorum superbiam præ-
 clarè Albertus M. observavit; *Est quasi [ait]* Alb. M.
Serm. de
Domin.
 quoddam FULMEN vana [eruditorum] III. Ad-
 gloria superbiaq;, excæcans anima oculos, si-
 cut enim fulmen brevem quandam habet cla-
 ritatem, sed tamen valde nocuam; ita qui vent
 per elatam in hoc seculo lucere volunt super-
 biam, gravissima sibi pariter ac aliis damna
 progenerant, dicit enim Psalmista: *Dum*
superbit impius, INCENDITUR pauper.
 Pudeat eruditos hoc tetro igne ardere, obscu-
 raque ostentationis face lucere, ad animum
 sibi semper revocent, quod fastus sive superbia,
 [instar fulminis] sit ignis DESCENDENS,
 sive ruens per dejectionem. Licet enim inflatus,
 turgidusque literator per mentis suæ elatio-
 nem adscendat, mox tamen per turpem dejici-
 tur depressionem, IGNISQUEILLE
 [ut in Jobo legitur] CADIT DE COELO
 idemque illi quod Angelo accidit superbienti:

Videbam Satanam SICUT FULGUR
cadentem. Sicut enim vapor fulguris primo
 adscendit nube inclusus, postea cum impetu
 descendit à suo contrario depulsus; ita cum
 satanà superbiente nulli non elati inflatiq; li-
 terati de gloria expetitæ cœlo non sine impetu
 in profundum perditionis extremæ barathrum
 cecidere. Ad tantam autem perniciem viam
 erudito turgido parat inordinatus sciendi ap-
 petitus, per quem ad propriæ excellentiæ desi-
 derium adscendit, rerumque inutilium cogni-
 tionem affectat, sui ipsius obliviscitur, dum
 aliena inquirit errata; *Ast si semetipos vi-*
gilanter attenderent, mirum esset inquit
Bernardus, si aliud unquam intenderent.
 Miseri hujusmodi eruditii Senibus quibusdam
 sunt consimiles, quorum acies oculorum sic est
 affecta, ut cum res à se distantes videant, propè
 tamen positas haud queant dignoscere.. Ita-
 que si inverterent insatiabile cognoscendi stu-
 dium, & ab alienis externisque rebus ad pro-
 prias magisque necessarias suam transferrent
 curiositatem, tantam erratorum intra semet-
 ipsos reperirent multitudinem, imò & mala-
 rum cupiditatum segetem, ut domi quod agant
 affatim sint habituri, sique operâ diligentiori
 adhibita perpendere nt, quantum elatos singu-
 los [qui quasi aquilæ & talpæ, animalia in lege
 immunda, quorum unum & Solem ipsum acu-
 mine

mine sui visus contemplatur, alterum verò neque terram ipsam in qua degit cernere valet.] execretur D E U S, vix ullum amplius pudendæ superbiæ darent locum, nec tanto studio rerum inutilium affectarent cognitionem.. Time-rent sibi potius ab horrendo isto arrogantiaz incendio putidæque præsumptionis fulmine, ignem inquam superbiæ effugerent , omnia consumentem, & summos doctissimosque homines ad æternos ignes destinantem.. Non male Chrysostomus superbos cum stupa flammescente comparavit , quæ post incendium surgit quidem & inflatur, mox tamen in cinders teuissimos dissolvitur: Tales equidem istorum literatorum sunt animi , quorum inflatos spiritus horrendi plerunque, imò æterni casus comprimunt atque disturbant.. *Quemadmo-dum* verò (ait idem Chrys.) *flamma* qua in stupis aridis sursum fertur simul atque constata fuerit in cinerem vertitur ; solidorum autem lignorum ea natura est , ut neque facile incendantur, neque cum accensa fuerint ardenter flammatam facile dimittant ; ita & illi quidem animi (eruditorum) qui solidè sunt ac firmi, neque facile incenduntur, neque facile extinguantur , isti verò utraque illa brevi temporis patiuntur momento.

XII. Ferunt Neantem (cum Uraniae filium se esse falso credidisset,) furtim Orphel

§ 4

Iyram

lyram è Templo Apollinis diripuisse , nocte-
que intempestà apertum prodijisse in campum ,
ut ansam haberet per ea silentia suos ad can-
tus comodiorem. Illic verò ut cœperit infelix
instrumentum manu hebeti & rusticā pulsare ,
nullam chordam fuisse , quæ non HEU MIHI
occineret , & voce quā poterat , non vibrari se-
leniter ad numeros , sed acerrimè vexari quere-
retur, donec ipse Neantes à molossis, ASINUM
AD LYRAM ex cantu odorantibus, pro asino
fuerit laniatus. Haud equidem mitius cum-
miseris illis atq; ex fastu arrogantiaq; infelici-
simis pseud-Uraniæ filiis justissimo Dei agetur
judicio : non unius duntaxat molossi , sed plu-
rium ore lacerabuntur tandem, ludusque fient
narrantibus , & falsè inepta eorum ridentibus
acta ac cogitata, quæ pro sua (animo satis confi-
denti) statuere authoritate , quæ audacter de-
fendere , quæ deñique impudenter venditavē-
re, tandem omnium contemptui atque irrisioni
exponentur. Tertium hinc (neque postre-
mum tamen) FASTUS immodici dedecus dam-
numq; sese velut è patentiori quādam fenestra
præbet conspiciendum; Quod scilicet ille mancipia
sua de BONÆ mentis statu miserè deiçiat , at-
que STOLIDITATIS extremæ charactere in-
famet. Non sapientissimi tantum Salomonis
judicio, sed prudentiorum omnium testimonio
superbia Stultiæ seu dementiae est species, quā
fascinat homines etiam literatissimū, plerum-
que

*Prov.**XIV. v.*

3.

*Conf.**Sap. XV.**v. 14.*

que in fatuos imò bruta ipsa omni ratione orbata degenerare soleant. *Natura stultum esse* (verba sunt Chrysostomi) *nihil habet criminis*, *MAGNIFICE* verò de *SE SENTIENDO* *STULTUM FIERI* venia caret, & maius adfere supplicium. Tales sunt (N.B.) qui in *SAPIENTIA SUPERBIUNT*, inque extremam incidunt arrogantiam, nihil enim adeò stultum facit, quemadmodum arrogantia, unde & Prophetabarbarum ita vocabat dicens: *stultus autem stulta loqueretur*. Quid quod ipse Stobæus hominis ex scientia inflati turgidiique miseram facitatem agnoverit, dum omnem insipientem arrogantiam *Stobæus Serib.* *PLALISIBUS* capi ac dilectari enunciavit? Non unum sane literatus superbus, sed varium & multiplex dementiae atque stoliditatis insignioris dat documentum; instar fatui cuiusdam hydropici de inflatione suâ gloriatur, existimans eam salubrem & vigorosâ esse pinguedinem, ipsumque anima sua tumorem sanie plenum [uti scitè B. Nilus superbiam vocavit] a *Nilus de mans & fovens omnem aspernatur medici- octovis.* nam. Num obsecro stultitiae aut dementiae cogit, notâ caret, quod ille sponte suâ angustias do-lores anxietatesque gravissimas incurrat? Non enim (ait Cassianus) unum duntaxat mem-brum pestifer *superbia* morbus debilitat, sed lib. XII. totum corpus lethali corrumpit exitio, & in *Inst. c. 3.* virtutum jam fastigio collocatos gravissima

ruinā dejicere ac trucidare conatur. De-

Chrysost. nique eandem turgidorum dementiam ante
hom. 59. laudatus Chrysostomus aptā quādam similitu-
in Mat. dine repræsentaturus; si quis (notanter ait)

*cum statura cubitum non superet, instar mon-
tium imo altiorē se putet, ac idē se quasi
MONTES EXCESSU RUS erigat, nullum
aliud argumentum sua insania quarimus; sic
cum inflatum videris hominem, qui meliorem
se ceteris hominibus (eruditis) arbitratur,
nullum jam aliud signum vecordia hominis
exquiras. Tanto quippe ridiculosior hic est
ijs qui naturā insaniant, quanto magis spon-
te suā hunc sibi morbum injecit. Vix alio*

Idem bo- mil. XV. passim quam insaniae & phrenesis titulo illam
eruditarum mentium pestem Chrysostomus
duxit notandam: *Superbia* (inquiens) *nihil*
in Job. *est aliud, quam depravatio animi, & morbus*
& hom. *gravissimus, non aliunde quam ex insania or-*
59. *in tum ducens, NIHIL ENIM SUPERBO-*
Matth. *HOMINE* (Literato) *INSANIUS.* *Ni-*
hil arrogantia atque superbiā pejus, que me
sīs quoque vires à natura hominibus concessas
ista dejiciat, ut amentes ex prudentibus &

Chrysost. *animo stolidos efficere videantur.* Quid
homil. de RELIQUA dixerim (ait alibi, & nos cum ipso)
inanis *quæ inde MALA emergunt? optarim quibus-*
glor. *vis*

vis barbaris potius in servitutem dari, quam
semel ejus subire JUGUM!

XII. O *FFLICEM* itaque, ô terque
quaterque beatum illum *LITERATUM*,
qui tot tantisque turgentorum literatorum ca-
sibus, tot fastu pectoriferi damnis & periculis e-
doctus, huc omne confert studium, ut quantum
potest infra omnes verâ sincerâque animi de-
missione descendat, atque *Cathedram illam pe-*
stilentie [ut scitè Augustinus Superbiam voca-
vit] longissimo post se relinquat intervallo! *August.*
Neque verò ille humilem se demissumque fin- *in Ps. I.*
gat tantum, ostendatque coram hominibus,
neque labiorum duntaxat superficie, sed affectu
cordis intimo se cunctis inferiorem esse pro-
nunciet, omnemque effectuatam gravitatem,
magnificos incessus, primos accubitus, saluta-
tiones honorificas, cuncta verba ampullantia
ex animo despiciendo in nihili sui voraginem
descendat, si mente semper pacata, sereno sem-
per cœlo gaudere velit. *Volo descendere quan-*
tum possum, ajebat olim Vir quidam doctrinâ
pariter ac virtute singulari conspicuus, cum
horrendum socii sui Collegæq; ex elatione la-
psu perenneq; exitiu gemebundus intellectisset,
Descendens [sic alta sonoraque ingeminabat vo-
ce, in terram se primum abjiciens, eamque ve-
luti complexus arctissimè stringens,] *quantum*
possum. *quia N. N. cecidit. dum altius quam de-*
bussit ascendere conatus est. Ita Literatus qui-
libet

libet secum statuat perspectis tot elatorum Doctorum ruinis sodaliumque tristissimis casibus : **VOLO DESCENDERE QUANTUM POSSUM**, meq; omnibus, etiam vilissimis hominum submittam. Cum arrogantes quosvis nunquam non turbatos videt, deque honoris sui incremento apprimè sollicitos, imò hoc unum assiduè in animo volentes : **VOLO ADSCENDERE QUANTUM POSSUM** [siq; vel levissimum quidpiam existimationi suæ auctoratiq; decedat, dimidiū cordis sese perdidisse reputantes ;] Sinite illos, cogitet *ex demissione felix literatus*, alte scandere, mox altè ruent, hæ feles & sciuri nimis vertiginosi decident oxyus, quam ad speratae laudis existimationisque culmen pervenient. Idem iis eveniet quod noctambulis, qui dormientes & somniantes tecta condescendunt, subito autem cum in clamantur cadunt miserri- mè, pariter alti isti ambulatores lapsum gravissimum haud effugient, sed ad levissimum impulsum præcipites conterentur, tanto gravior periculosisque eorum erit ruina, quanto audacior altiorque fuit adscensus. Quisquis eruditus sapit, iter tam lubricum ex animo horreat,

Job. Rus. & quanta potest circumspectione declinet, *præbrocbius* stabit quietè in imo jacere, quam ex alto in *in l. de* imum tam perniciose cadere. Si superbiam vera con- depellere non ita facilè possit (inquit Rusbro- templa. chius) saltim erubescat, discatque vivere & c. 50. opp. silere. *Qui humilitate* [addit idem notanter]

fol. 473.

contra

contra superbiam decertant, si SACRÆ THEOLOGIÆ BACCALAUREI sunt, qui si ex certamine palmam referre volunt & DOCTORES effici, superbiam pessum premere & proculcare debebunt. Superbia revera perniciosus serpens est, discipulos suos ac sectatores mittens in tartara.

Quisquis suo in spiritu humilitatem inventis vitam agit tranquillam & suavem; Vera namque humilitas est supra vel ultra omnem virtutum exercitationem ocium & vacatio, & pax ultra omnem afflictionem.

Hoc autem ut verissimum, ita cuilibet animo erudito contestatissimum & præsentissimum sit oportet, tantumque apud illum possit, ut mendaci superbiæ falsis blanditiis illudenti semper obstruat aditum, ne simul & bono quo gaudet excidat, & superbiæ gravissimum crimen damnumque incurrat. Pro eo quo valet mentis acumine intelligat, quam præter rationem & à naturâ alienum sit ipsâ eruditio*n*is virtutisque viâ [quâ nihil homo habet præstans] ad vitium, quod omnium extreum, nempe fastum superbiamque detestandam pertingere, atque ex vitali illa radice mortiferos adeò carpere fructus, quod semper evenit, quoties præclarissimis animi doctrinæque; bonis docti ad hanam abutuntur ostentationem. Ab hoc autem

Bernard.
dealti-
tud. cor-
dis.

tem fatuo umbratilis gloriolæ igniculo ut tanto longius recedant, mellifluum audiant Bernardum, eos initio laudantem Doctores, qui cum multa præstent, se tamen minus omnibus fecisse conqueruntur, mox istos vituperantem, qui insitæ suæ inopiæ immemores, minima laudis umbra protinus extolluntur, continuoqne quasi si vel tantillum bonos esse tæderet, fastu turgidi corruunt : *Quantum putas [ait] illos admiror , quantum veneror in corde meo , quantum amplector charitatis affectu , qui velut nescientes eos , quos inferiores vel infirmiores secum quotidiè vident , unum forse aut duos aut etiam plures quos in majore fervore spiritus (majoris eruditionis laude conspicuos) viderint sibi ex omnibus eligunt , & cum ipsi fortè meliores sint , semper tamen illorum sibi præponunt & propoununt in Domino studia , - - - Quid enim (sic superbum notanter compellat Doctorem) tota die super id quod vidēris habere , insipienti cogitatione versaris ? ESTO MAGIS SOLlicitus QVID DESIT TIBI . Hoc enim melius . Utinam fratres , sic nos essemus cupidi gratia spiritualis , quemadmodum seculares homines pecunia (gloriæ laudisque) temporalis : Magnus enim*

enim est confusio, magna valde, quod ardentius illi perniciofa desiderant, quam nos utilia, citius illi ad mortem properant, quam nos ad vitam, - - De cetero, ea semper magis attende qua alius habet, tu non habes; quod hac cogitatio in humilitate te custodiat, à descensu elonget, magis autem proficiendi desiderio accendat. Nonne imane quantum superbire vel despere potius pannus ille pauper putaretur, qui ad propendentem laciniam assuto purpuræ panniculo superbus incederet, quid de illis boni omnes existiment, qui maximorum doctrinæ virtutisque thesaurorum indigi minima laudis umbra protinus extolluntur, ast ipsâ sua quâ elevantur superbia deprimuntur rursus, & magis ad ima corruunt, dum à vero tramite superbiendo turpiter receidunt. *Ad corruptionem enim* [scitè ait Gregorius] *justè descendenter, si suis viribus longè à corruptione se abesse* *judicaret.* Intensissima itaque eruditis opus est vigilia, si à lapsu & ruinâ *cap. 3.* velint esse securiores, inque doctrinæ & virtutis perfectione procedere longius, apprimè caveant, ne si quando leniorem laudis elogiique alicujus sensum habuerint, indè sibi aliquid occultè suffurentur, gaudeant ostentare, eloqui gestiant, suæ diligentiae, labori, industria, acceptum ferant, sibi intus gratulentur, imò ad antam rerum cognitionem sese pervenisse minorentur,

Gregor.

I.XXIV.

Mor.

272 COMMENT. II. DE LITERAT. FASTU
rentur, hoc enim inani jactantiae turbine longissimè disjicientur, jacturamque longè maximum patientur, tanto magis lugendam, quanto certius ea ex inanissimo laudis amore solet exoriri.

XIII. Durus dicet quispiam hic est sermo; Adeòne inexorable bellum amori nostro, laudi & existimationi propriæ est indicendum, ut nunquam nostra nobis placere, nunquam tam suave laborum condimentum expertere possimus? Certe si tuum aliquid comperevis, quod admiratione, quod amore, quod laude verè dignum fuerit, per me licet, lætare Vir docte, gloriare, triumphos age, quamdiu & quantum libet; sed si nihil nisi putris es vomica, è qua solus foetor, saniesque erumpunt, quâ fronte, postquam tabum defluens aliena pulcriore tænia emendicata contexeris, tuae sanitatem, tuae formositatem efferes? si detrahetur quod scriptis tuis assutum, si repetetur quod alienum, tuâ iterum infirmitate tuâ foeditate involvēris, ridendus in tuis, qui superbis in alienis. Memineris quid facundus ille quidem, at mirum in modum gloriolæ cupidus Cicero dixerit, jure nos in virtute gloriari non posse, si id donum non à nobis, sed à DEO habemus, quo in judicio nequaquam esset deceptus, dummodo à DEO virtutem provenire creditisset. At numquid eadem ex ratione colligitur, revera non esse unde gloriari jure possimus,

mus, cum neque doctrinam neque virtutem, neque ullum aliud donum bonumve à nobis habere valeamus, & cum à DÉO solo sint omnia, illi soli justam deberi gloriam, hincque omnem nostri laudem boni alieni rapinam, omne existimationis desiderium arrogantiæ dicendum esse seminarium. Quid amor excellentiæ immodicus? quid ipsa (ut clarissimè diccam) omnium rectè factorum, susceptorum, editorum operum comes individua NOSTRE COMPLACENTIA, quid hanc alit augetque tantoperè, nisi virus quoddam in visceribus latens, & quædā de nobis ipsis elatior imò pestilentior opinatio? Cum nostro vel ingenio, vel judicio, vel solertiæ quicquam tribuimus, dum nostris innitimus artibus, consilijs, ijsique vijs insistimus, quas aut malas esse, aut à veræ sapientiæ semita novimus alienas, annon rerum caducarum nimium m̄emores, vel cœleste minus imploramus subsidium, vel sapientis & suavissimæ providentiaz divinæ vim protinus enervamus. Terque quaterque felices essemus, si merè ut verè, non voce & verbis tantum, sed animo & corde cuncta nobis immeritis SS. Numinis liberalitate concessa fateremur. Cry stallum aliquam animatam esse faciamus, quæ lucis avida Solis radijs oportunè se subjiciat, his autem commodè susceptis, & circumquaque limpidius expansis, si lucis ejus repercussu ista se luce beatam, & non mediocri laudatione

T. dignata.

274 COMMENT. II. DE LITERAT. FASTU
dignam existimet , annon subducente se So-
le risum alijs moveat , tenebris involuta , ni-
hilque juris in lucem præteritam vendicans ?
Sed inquies, id saltem laudi erit, quod & acce-
serit ad Solem, & natura sua sit pellucida, & re-
percutiendi vi polleat, fateor equidem, verum
quid si illum ipsum accessum, illud pellucidum,
illam repercutiendi vim à Sole totam acciperet,
nec esse nisi per Solem posset, annon tota lucis
illius laus in Sole meritissimo jure redunda-
ret? Idem penitus ô Literate in bonis & donis
Tibi collatis existima , sic enim à DEO dantur,
ut DEI sint , qui utenda tibi tradit , grande
olim fœnus exacturus. En ubi tandem nostra
superbiendi gloriandi que seges desinat ; in ti-
mores , in angores , imò severissima judicia, ut
cui plura data commissa que sunt animi doctri-
nae que bona , ab eo plura repetantur. Cur ob-
secro igitur bono quoipam dono que in nobis
animadverso tantoperè extollimus , & confe-
stim nos magnos summosque esse reputamus ,
si dona non esse nostra crederemus , atque nos
propter ea rationi severius reddendæ obnoxios
profiteremur , tunc tumori occultè inserpenti
vel nullum prorsus daremus locum, vel majori
risu hosti tam truculento nos opponeremus ,
inq; amplissimi Theatri arenam animo alacrio-
ri descenderemus , pugnam nobilissimam, solo
DEO spectatore & arbitro strenuè decertaturi.
Quam appositè belleque B. Hieronymus ad

Eusto-

Eustoch. devotam illam virginem ; *Nolo tibi venire superbiā de proposito sed timorem.* O *nusta incedis auro, latro Tibi vitandus est. &c. Magnis inimicorum circumdamur agminibus, hostium plena sunt omnia, caro fragilis, & cinis futura postmodum pugnat sola cum pluribus, quod si Te multitudo turbaverit, ad singula tentamenta vitiorum cœperit astnare, & dixerit Tibi cogitatio tua quid faciemus? respondebit tibi Eliseus, noli timerre, quoniam plures nobiscum sunt, quam cum illis. Hæc sibi dicta quilibet literatus existimet, nec de victoriâ à tam acerbis inimicis cunctisq; inflantibus cogitationibus reportandâ desperet. Sed & gravissimum D. Fulgentij ad Theodorum *Fulgent.* Senatorem monitum frequenter sibi ad animum revocet: *Detestabilis est cordis humani superbia, quâ facit homo quod DEUS in hominibus Sen. damnat; sed illa detestabilior, quâ sibi tribuit homo, quod DEUS hominibus donat, & quæ sequuntur : Damnabilis est, qui substantia seculi mali male utitur, sed damnabilius, qui spiritualibus donis superbis effertur.* Audiat & veteres Hebræos tradentes humilitatem esse signum genuini Abrahamitæ, fastum verò nothi notam certissimam. Sic enim in Pirke Afot legitur: *In quounque tres ha- prietas inveniuntur, oculus bonus, (h. e. fortis sub avulsa quavis sorte contenta) spiritus fin. e. 5.**

mansuetus, (quidvis pati paratus) & ANIMA HUMILIS (cuivis cedere gnara,) is est è discipulis Abrahami patris nostri, contra in quo tria opposita, malus oculus (h. e. invidia,) SPIRITUS SUBLIMIS, & anima curta (impatiensque) ille est discipulus Bileami maligni. Inde est quod in Catechismo suo *Superbum à Prophetis circumcisum dici vel pueros doceant, septemq; abominationes animæ recensentes & explicantes, secundum statim locum superbiæ turpique mentis elationi tribuant, quoniam nimirum Ebræo * quodam explicante, superbia sit regnum absque coronâ, & homocum se extollat, auris ejus & oculus & cor sint obturata ad audiendum videndum & intelligendum. Nam quomodo (pergit notanter) superbiat homo (eruditus) cuius finis est vermis? qui instar floris cadit, & veluti fumus consumitur? Et ob hanc causam superbus vocatur INCIRCUMCISUS, sicut iscriptum est (Deut. X. 16.) Et circumcidens præputium cordis vestri, porrò ex superbia consequitur odium,*

quo

* Rab. Abraham Jagelin Lekach tobb f. 10.
col. 1. laudante Celeb. D. Carpzovio in
notis ad Jam Regium Hebr. W. Schikardis
pag. 218.

quo talem omnes creatura prosequuntur, si-
quidem res omnes sociabiles sint præter su-
perbiam, constatque insuper quod ex odio
sequatur disjunctio, & ex disjunctione de-
solatio & perditio, adeoq; superbis destruit
domicilium & mundum, & exodus est tam
inferis quam superis, neq; enim creature
placet, neque D E O. Pudeat Christianos li-
teratos nequissimo elationis arrogantiæque
spiritui adeò indulgere, à quo ipsi Ebræorum
magistri tantoperè abhorruerunt, fugiant po-
tius fugiant inquam execrabile illud munda-
næ fallaciæ ruinæque inevitabilis elementum,
caveant sibi summo studio à pernicioſæ præ-
sumptionis fulmine, istiisque infernali elationis
spiritui humilem cœlestemque Christi oppo-
nant, ac se tum demum non Abrahæ tantum vel
Iſraelis filios, sed ipsius Salvatoris genuinos di-
scipulos fore existiment, *se Oculo bono, Spiritu*
Mansueto, & ANIMA HUMILI
fuerint prædicti, atque pro certissimo ponant
principio, non nisi per humilitatem ad veram
sapientiam ipsamque beatitatem viam pate-
re, ad quam ut nos evehheret filius D E I, servi
habitum non est dignatus, qui quoscunq; ad
se admittit, omnigenæque felicitatis, ac supre-
mæ gloriæ scatæbra recreare cœstituit, hu-
miles esse desiderat. Quid hanc in rem glo-

T 2

riosus

tiosus Martyr Cyprianus, prostratos in Bethlehemitico stabulo pastores intuitus? Electa
Cypriano [præclarè scribit] adest humilium personarum
 tract. de simplicitas, ut poneretur regula, & indisso-
 primo o- lubilis daretur forma, quod NON NISI
 pere Car- PAUPERIBUS SPIRITU pateret
 din.

Christi humilitas, nec SUPERBOS ad ineui-
 tum sui posset admittere superna sublimi-
 tas. Non est confusus se ad formam servi
 exinanire, ut qui de fraternitate ejus glo-
 riantur, & volunt adscendere, non eru-
 bescant descendere, sed eidem scala cum Ja-
 cob innitantur, & cantantes canticum gra-
 duum ab imis ad superiora condescendant.

*Aug.
Ep. 56.*

Non aliam Tibi (*Magnus ait Aurelius*)
 ad capessendam & obtinendam digni-
 tatem viam muniās, quam quæ mu-
 nita est ab illo, qui gressuum nostro-
 rum tanquam DEUS videt infirmita-
 tem. Ea autem est prima HUMILITAS,
 secunda HUMILITAS, tertia HU-
 MILITAS, & quoties interrogares
 hoc dicere, non quod alia non sint præ-
 cepta quæ dicantur, sed nisi humilitas
 omnia quæcunque benefacimus & præ-
 cesserit & comitetur, & consecuta fuerit,
 totum extorquebit de manu superbia.

Hujus

Hujus hostis (scribit alibi) vires non sentit, nisi qui ei bellum indixerit : Quia et si cuicunque facile est Idem Elande carere dum denegatur, difficile est ea non dele. p. 64.
*Et aridum offeretur Non verbis solum hæc docuit Augustinus, sed re & opere ipso, utpote qui in sublimioribus cunctis se demississime habuit, se suaque omnia non tantum aliorum judicio libenter subiiciens, sed (licet doctissimus fuerit) infimum tamen sese credens ac postremum, quantoque major in existimatione hominum erat, tanto magis se in omnibus humiliavit. Si Paulus Apostolus (*dcebat*) quanto magis ego, longè infra illius jacens pedes &c.*

XIV. *Quantumvis verò major & operosior videri possit moderationis observatio in internis sive animæ bonis, quam externis sive corporeis, eò quod summa mentis cœcitas cognitionem nostri summoperè impedit, efficiat que ut minus nobis quoad ipsa rerum internarum viscera simus perspecti; neutiquam tamen justam literati propter ea quoq; bona superbiendi causam habebunt, si quanta sit scientiæ nostræ exilitas probè deprehendant.* Miratur haud abs re Theodoretus non pudere philosophes passim gloriari compertam sibi esse aëris ætherisque mensuram, qui maris tamen profunditatem ignorent, quam conto ac summissis funibus & bolide explorare non adēdardum videretur, qui etiam circa res naturæ tantoperè invicem dissentiant, non exiguo argumento latentis veritatis & densæ ignorantie.

T 

idemque in omni scientia & disciplina certi monstrarat Ti-
 raquellus cap. 31. d. Arnob. lib. II. n. 50. & s. seq. apud Theodor. l. c. lib. 2. Laetant. Lib. de ira scribente. DEI cap. 2. tamen ut ceterorum argueret inscitiam (im-
 tiæ nostræ circa ea ipsa quæ in oculos incur-
 runt, quanto magis circa res abditas, vel sen-
 sui impervias? uti & Arnobius ex tanta philo-
 sophantium dissensione optimè conclusit; &
 cum enim (ita ille) veritas una sit, & tan-
 ta dissidia pugnantesque sententiae inter sa-
 pientes de rebus sensum ferientibus effer-
 buerint, multos errare necesse est, & igno-
 ratione laborare. Cœcum equidem eum esse
 nobil. n. oportet, qui plurimis errantibus se solum à
 labe immunem fore existimaret, ex tanto er-
 roris periculo, tamque densis tenebris neu-
 tiquam elationis superbiæque argumentum,
 sed potius humilitatis & despicientiæ sui uber-
 rimam capiat materiam. Imò quantò quis
 rerum naturæ peritior, tanto de se sentiat
 demissius, quod norit quam parum de intimis
 naturæ recessibus intelligat, ac pro rerum pe-
 netralibus sola vestibula teneat. Socrates
 certè mortalium (ut vulgò creditum) sapien-
 tissimus, cœciorem sese esse agnoscit in pervi-
 dendis naturæ rebus ex quo philosophiæ de-
 disset operam. Et cum (Lactantio præclarè
 esset omnium philosophorum doctissi-
 militer arbitrabantur, ait se nihil scire,
 nisi unum quod nihil sciret. Intellixit enim
 doctrinam illam nihil habere in se certi, nō
 nihil veri, neque ut putabant quidam, dissimu-
 lauit

lavit ipsam doctrinam ut alios refelleret, sed
vidit ex parte aliqua veritatem, Testa-
stus est etiam in judicio (sicut traditur à
Platone) quod nulla esset humana sapientia:
adeoq; doctrinam quā tum philosophi gloria-
bantur consempit, derisit, abjecit, ut id
ipsum pro summa doctrina profiteretur, quod
nihil scire didicisset. Pectoris nimirum hu-
mani tenebras probè agnovit, & quantoperè
ad rerum omniū notitiam cæcutiamus. Quem-
admodum & Gregorius Nyssenus, increpans *Gregor.*
Nyss. o-
Eunomii (rerum altissimarum, ipsiusque divi-
næ essentiæ cognitionem jactantis) fatuita-*r. at. g.*
tem, non male statuit, naturam animalium *contra*
etiam minutissimi nempe formicæ à nobis ig-*Eunom.*
norari. Locus est egregius quem idcirkò nolo
præteritum: *Qui gloriatur jactabundus se,*
eorum qua sunt scientiam adeptum esse, quod
minimum est eorum qua nobis ante oculos ap-
parent: qua sit ejus natura, nobis explanet,
ut ex eo quod notū est, de eo etiam quod occul-
tum est & incognitum, fidem faciat. Et
quānam sit formica natura sermone expli-
cet; utrum spiritu & habitu ejus vita con-
tingatur, utrum visceribus dispensetur si-
militer aliis animalibus, utrum ossibus cor-
pus constructum sit, utrum medulla ossum

T 5

CAVI-

cavitates intus plena sint; an nervis & vinculis compages sit contenta; an muscularum amictibus, & adenum sive glandularum, nervorum situs continetur? - - . Quam-

Apparet diu vivat, & quis ex se generationis mons Nysseñus dux; & quanto tempore fetus concipiatur, ut sepè a lias ex fratre Basilio. & quomodo neq; formicae omnes pedestres, neq; volucres omnes, sed aliae humi reptent, aliae aëreae videantur. Qui igitur se profecisse etat eorum quæ sunt naturam adeptum esse, scribit Th. nobis primum formicae naturam declarat.

Raynaud. Qua ipsa argumentatione præter Eunomium dux Lib. convinci possent omnes ventosi in Orbe literato Thrasones, quibus frequens est jactare illud Virt. & ab Origene in Celso Epicureo tantoperè exag-
vitiis Sect. tatum: OMNIA NOVIMUS! Non paucos 2.c. 18. olim turpissimi fastus cœstro percitos id de se Corf. professos fuisse, ex Dione, Platone & Nazian-
Nys. e- zeno discimus, eaque propter Euthydemum p.ist. 168. quendam insolentissima vanitate diligentissi-
Itē Ori- mè cavisse, ne quidquam ab alio discere vide-
gen. con- fetur, Xenophon disertè prodidit. An non no-
stra Cels. stro etiam ævo quidam eadem labore correpti ac
Xenophon corrupti inveniantur dispiciant alii. Non pos-
lib. 4. mi- sumus equidem non eorum coarguere insipien-
mor. So- tiam, qui cum cæteros à perniciose illo animi
crai. dist. tumore avocare, mentisque integritati restitu-
et que fa te deberent, ipsi ut plurimum ingentem animi
ctor. sui

sui elationem per aliorum (etiam si doctiorum ac meliorum) prodant contemptum, toti interea sint in sterili verborum aucupio & orationis flosculis conquirendis, eaque lenocinia sæpe in sui & auditorum detrimentum consectentur, licet ipsi gentilium magistri, cum primis Seneca e-
Seneca & Macrobius eam orationis castigaverint pift. 114.
lasciviam, & tanquam clarissimum corrupti Macrob.
[imò inflati turgidi que] animi indicem meritò II. Satur-
exploserint. Meritò inquam; *Est enim [scitè*
dicente Cassiodoro] quoddam mentis speculum, nal c. 4.
agentis oratio, nec majus potest esse mentis testimoniū Cassiod.
num quam qualitas inspecta verborum. Hæc i- lib. 5. E-
taque si elatam quandam redoleant vanitatem, pift. 22.
haud obscurè innuere videntur, quid de ipso
proferentis animo sit sentiendum. *Cujuscunq;*
orationem (appositiè ait Seneca) *videtis sol-* Seneca e-
licitam & politam, scito animum quoq; non pift. 115.
minus esse pusillis occupatum. Magnus il-
le remissius loquitur & securius. Quacun-
que dicit plus habent fiducia quam cura.
Nostri complures juvenes barba & comaniti-
dos, de capsula totos. Nihil ab iis spera-
veris, forte nihil solidum. Oratio vultus a-
nimi est, si circumtonsa est, & fucata, &
manu facta, ostendit illum quoque non esse
sincerum, sed habere aliquid fracti, non est
ornamentum virile concinnitas. Nullum
equi-

equidem dubium est eruditorum plurimos nimia sua dicendi & loquendi elegantia & cultus ingentem animi fastum prodere squaloremque, variam imò & præposteram laudis ac gloriae ex inani argumento captationem auditoribus objicere contuendam, nec non judicii defectum, & puerilem in re seriâ hallucinationem apud cordatos risu & subsannatione dignissimam.

*Max. Tyrius
differt. l. 5.
n. 89.*

Quam absurdum est (inquit Max. Tyrius) quod pyrum , ut Homerus ait non sensat, nisi novum adveniat , nec malum, nisi aliud accedit , uva uva succrescat , ficus facciu; sermo verò solus simul nascatur & perreat , fructusque orationis nec semen ullum habeat , nec vim nutriendi , neque interiora animae penetret,

Sed tantum leviter supra natet, instar olivi ?

Conf. Lu. Sie non male carpit Tyrius perniciosam illam cian. in dictionis concinnitatem & rapiditatem , nec Alexi- abs re alii invehuntur in hujusmodi sermonis phane, & ostentationem , quâ studio singulari quidam in Rheto- verba obsoleta & vetusta ad usum revocare, in- rnum pre- deque imperitorum admirationem ac plausum cept. as querere conantur , saltim prætermisso fructu Gell. lib. I. solam spectantes verborum compositionē. Mu- e. 10. l. 5. sonium Philosophum (ita egregie Gellius) e. 21. lib. solitum dicere accepimus: Cum Philoso- b. c. 15. l. 6. phus b. 3. c. 9.

phus hortatur, monet, svadet, objurgat, a-*Gell. lib.*
 liudve quid disciplinarum differit, tum *V. cap. 1.*
 qui audiunt, si de summo & soluto pecto-
 re obvias vulgatasque laudes effutiunt, si
 clamitant etiam, si vocum ejus festivitati-
 bus, si modulis verborum, si quibusdam
 quasi frequentamentis orationis moven-
 tur, exagitantur, & gestiunt, tum scias &
 qui dicit, & qui audivit frustra esse, ne-
 que illic philosophiam loqui, sed tibici-
 nem canere. *Nec minus praeclarè Seneca; Seneca*
Audisse Te scribis Serapionem Philoso- *epist. 46.*
 phum, cum istuc applicuisset, solere ma-
 gno cursu verba convolvere, quæ non ef-
 fundit, sed premit & urget. Plura enim
 veniunt quam quibus vox una sufficiat.
 Hoc non probo in philosopho, cuius pro-
 nunciatio quoque sicut vita debet esse
 composita. Pluraque addit insignia adver-
 sus vanum à rebus [ut ait] ad verba transla-
 tum studium, quæ apud ipsum non sine fructu
 legi poterunt & emolumento.

XV. Operæ equidem pretium fuerit ea le-
 gisse non paucos sub Christianorum oratorum *Mure-*
larva Comœdos & circulatores, inflatae elatae- *rus cons-*
que vanitatis utres, quorum oratio (ut Mure- *ment, in*
tus haud abs re ad istam Seneca epistolam sto- *Senecam;*
macha-

machatur,) cum non compta ac calamistrata, sed gravitatis, authoritatis, maiestatis ac sanctimoniae plena esse deberet, tota papavere ac sesamo sparsa est, & ex mellitis verborum contexta globulis, ita ut ad eos non tanquam ad vitæ magistros aut vitiorum correctores, sed tanquam ad Comœdos aut histriones eatur. Stant illi, & cum frontem bis terve confricuerunt, barbamque permulserunt, hiante & mirificum aliquid ac θεωρίσον expectante plebe (plebis autem nomine etiam quosdam ex optimè vestitis comprehendo) laxant habenas lingvæ, & similiter cadentia, similiterque desinentia coacervantes, paria paribus, contraria contrariis opposentes, multa etiam semel suo ordine dicta, sursum versum, aut alias variato ordine repetentes, caque in re memoriam pueriliter ostentantes, atque hæc saltatricularum in morem gesticulatoris, neque unquam quietis manibus adjuvantes, argutè multa, multa quibus risum excutiant, dicunt. Nunquam interim aut sibi aut auditoribus respirandi facultate permissa. Quibus omnibus rebus, admi-

admirationem imperitis, cordatis & intelligentibus nauseam ac stomachum commovent. Hoc scil. elatae illius vanitatis est præmium, fastusque indecori adæquatum stipendum. Verum graviora longè mala è cœnosa ac lutulenta ista tumidae orationis scaturigine promanare Magnus Chrysostomus observavit, plebem suam notanter hunc in modum compellans : **Hoc subvertit Ecclesias,** quod & vos non quæritis audire sermonem qui compungere possit, sed qui oblectet tinnulo strepitu & verborum compositione, quasi citharædos & cantores audientes, et nos frigidè ac miserè facimus, nostras affectiones sequentes, quas ejicere oportebat - - - Flosculos verborum & compositionem & harmoniam curiosius sectamur, ut canamus, non ut prosimus, ut simus in admiratione, non ut doceamus, ut oblectemus, non ut compungamus, ut plausu & laudibus obtentis abeamus, non ut mores componamus. Quæ sudorum meorum utilitas, si auditores è verbis meis nullum fructum acciperent volunt? Sed & multo ante Chrysostomum tempore Clemens Alex. cum ornatum dissertationis turpem esse & indignum philosopha

*Johann.**Chrysostomi
hom. 30.**in Acta,**Clem. Alex.
lex I. stro-
mat. c. 4.*

Hieron.
epist. ad
Nepotia-
nus.

sopho Christiano diserte judicavit. Coronis-
dis loco insignem è quādam Hieronymi epi-
stola locum adscribamus, cum plane nobilis sit
& luculentus : Verba [scribit] volvere &
celeritate dicendi apud imperitum vul-
gus admirationem sui facere indoctorum
hominum est - - Nihil tam facile quam
vilem plebeculam & indoctam concio-
nem lingvæ volubilitate decipere, quæ
quicquid non intelligit plus miratur. Lo-
quor enim quæ sum ipse nuper expertus.
Unus quidam Poëta nominatus homo
perliteratus, cuius sunt illa colloquia poë-
tarum ac philosophorum , cum facit Eu-
ripidem & Menandrum inter se ; & alio
loco Socratem atque Epicurum differen-
tes, quorum ætates non annis, sed seculis
scimus esse disjunctas , quantos is plausus
& clamores movet ? Multos enim con-
discipulos habet in theatro, qui simul lite-
ras non didicerant. Tale sapientissimus
Doctor judicium tulit de inani illa captatione
gloriz & vana eruditioñis ostentatione, qua de
peculiari commentatione egimus.

XVI. Quām jejuna autem turpisque ea
superbiendi est materia, quæ ex dicendi facul-
tate sublimiori desumitur, tam perniciosa &
exitio-

exitiosa ea est elatio, quæ ex ipso VIRTUTUM CHRISTIANARUM STUDIO ATQUE EXERCITIO dicit originem. Hanc

labem meritò Nazianzenus *malorum nostrorum miserrimum* appellavit, disertè judicans, id es-
se supra modum peccans peccatum, per id quod optimum est, homini exitium afferens. Hanc

si divinæ bonitatis infinitatem eo nomine su-
spexit Plotinus (referente Theodoreto contra Græcos,) quod ex malis bona eruat, [neque e-
nim peccata permitteret, nisi fructum ex eis

longè majorem quam fuerit malitia extitum prævideret, ut disertè D. Augustinus docuit]

Theodor.
lib. 6.
contra
Græcos,

infelicitatis summæ ac imbecillitatis cum sum-
ma perversitate conjunctæ esse videtur ex bono

eruere malum, & ex virtute vitiū excudere ,
quod facit , qui bona sua moralia, virtutes in-

quam & studiosas actiones elationis habet ar-
gumentum. Ideò insignes morum, magistri

(ipso Salvatore præeunte) sollicitè monent,
caveat qui rectè operatur , ne bona sua opera e-

vulgata velit cum aperto & humilitatis & pie-
tatis discrimine. Quid quod Epictetus apud

Arianum expostularit quosdam esse , qui tan-
quam boni Tragoedi nequeant sibi solis cane-
re, sed semper cœtum & theatrum querant, quo

Arian.
lib. III.
cap. 14.

actiones suas honestas prodant , moxque ad-
dit : *Si quis aquam bibit, aut molitur quippi-
am studiosi operis, quamvis capiat occasionem,*

qua ostentet sese omnibus, prædicans se a-
quam bibere, num ideo aquam bibis, quia
aquam bibis? Bone Vir, si prodest tibi eam
bibere, sanè bibas ipsam; sin minus, riñdicu-
lè facis. Quod si prodest tibi ac bibis, ta-
cetocoram iis, qui ab hujusmodi abhorrent
rebus, quid enim est quamobrem placere his

Epict. in Enchiri- dioc. 47. studias? Sic idem Epictetus alibi eum qui Ve-
nere abstineant vult id tacitum habere, nec
propalare apud alios, ne dum corporis retinet
integritatem, eam virtutem perdat, quam ele-
ganter Fulgentius *anima integratam* appella-
vit, i. e. humilitatem. Hac prædictus homo
doctrinâ pariter ac virtute illustris, non modo
tumorem reprimere studet quoad eam elationis
materiam quam ipse habet, sed etiam quoad e-
am, quæ occurrat in aliis, sibi per conjunctio-
nem aliquam sive cognationis sive communi-
tatis sive amicitiae etiam specialis sociatis.
Cassiod. Quemadmodum literatos Principum & Ma-
lib. 4. gnatum amicos ægrè modestiam retinere cum
epist. 40. Cassiodoro quidam observarunt. Non minus
equidem invigilandum est ut moderatio animi
florente superiorum gratia & benevolentia cu-
stodiatur, quam si mens singulatibus donis va-
riæque doctrinæ ac virtutis thesauris sit prædi-
ta. Quid multis? Ubique & DEO & homi-
nibus exosa est superbia, & cum DEUM specia-
liter

Liter impetat hoc vitium, ejusque dignitatem & celsitudinem perverse æmuletur, semper ultrice ejus dextra est expiandum. Audiamus Philonem : *Ilos [ait] qui fastuurgidi nolunt re- sepi scere, lex non ad humanum tribunal mit- tat, sed divino tradit judicio.* Ait enim, quicunqu aggreditur aliquid agere cum superbia DEU M irritat. Cur ita ? Primum quia arrogantia est vitium anima : Anima autem DEO soli est visibilis. - - De inde quoniam quilibet arrogans insana opinione inflatus, non tam virum quam heroem aut genium quendam se existimat, ut Pindarus inquit, transcendens humanae naturae terminos. Est autem nec animi satis compos nec corporis, toto habitu gestuqu, morbum pra se ferens, incedit summis pedum digitis - - arbitratur se omnium ditissimum, nobilissimum pulcherrimum, fortissimum, prudenterissimum, temperantissimum, solertissimum, alios verò habet pro pauperibus, obscuris, contemptis, imprudentibus, injustis, infaciensibus, piacularibus, nihilqu homuncionibus. Meritò igitur talis ad DEL tribunal puniendus relegatur propheta sententia,

XVII. Exulet igitur ab animo doctrinæ eruditioisque insignioris copiis instructo omnis Elatio, nullum apud ipsum tumor superbiaque locum inveniat. Quodsi sereno gaudere velit cœlo, precibus assiduis incomparabile illud sinceræ demissionis charisma efflagitet ab eo, qui Spiritum Sanctum suum, Spiritum veræ humilitatis disertè promisit orantibus. In priscis cœnobitarum mensis memorabilem morem receptum fuisse Damianus perhibet, nimirum ut turpi Lectorum arrogantiæ sincera opponeretur humilitas, quendam à Cœnobiarç subornatū Lectori publico cathedralm consensuro sonorâ voce acclamas-
se : *Auferat à Te DĒUS Spiritum EL A-
 TIONIS !* Quandoquidem lectoribus qui-
 busdam arrogantiæ vitium olim adeò familia-
 te fuerit, *ut dum alios per recti itineris tramitem*
(ut Damianus loquitur) dirigere debuissent, ipsi
erronea confusione periculum incurserint; Cui
 præcavendo solemnis illa formula seu appre-
 catio occentari debuerit: *Auferat à Te DĒUS*
Spiritum Elationis ! Quidnî Vir piè - doctus, si
 perspexerit quantam labem animæ arrogans
 scientia inferat, quam fœdè succutiat & sub-
 ruat virtutum ædem impotens iste halitus,
 M. lib. (nimirum quod Gregorio dicente dum aliquis
 XV. Mo de sacra legis scientia gloriatur, pretium sibi
 val. c. 16. convertat in veneni poculum, Grinde RE-
 PRO-

PROBUS moriatur, unde ad vitam erudi-
re videbatur alios, inque doctrinâ sua mor-
tem inveniat:) DE UM precibus compellaret
assiduis atque ardentissimis, ut impudentissi-
mum illum Satanae angelum, *Spiritum sc. ELA-
TIONIS*, illum ingeniorum optimorum actio-
numque præstantissimarum nequissimum cor-
ruptorem à se auferat abigatque, ne [quod a-
liis accedit innumeris] ipse quoque ab eo deci-
piatur, supplantetur, extremæque perditionis
periculū subire cogatur. **NON VENIAT MI-HI** [dicat ad Regii Prophetæ exemplū] * PES
SUPERBIAE! Cave obsecro ô DEUS, ne coñu-
nis ille literatorum adversarius, ille turbarum
& dissidiorum concitator, spiritus nimirum e-
lationis suis me petat **CALCIBUS**, sed missum
potius faciat, nec ullam in me deinceps exer-
ceat potestatem ! Meum gratiâ tua jugiter re-
ge spiritum, ne supra me unquam extollar, ne-
que gravi fastûs pondere gravatus æternum
deprimar, fac ut superbiam frequenter mihi
ob oculos ponam ut fumum, primò adscen-
denter, mox vanescentem, qui quanto fiat su-

V 3 perior,

* *Psalm XXXVI. vers. 12. juxta vulg. Apo-*
sitè Thomas Aquin, in b. l. Non venias
mibi [scribit] pes superbia, id est affectus
superbiendi removeatyr à me. - Quid
ex hoc pede est casus, sicut quando quis ca-
dit propter PEDEMYC quem habet ma-
lum, Geo

perior, tanto facilius evanescat atq; depereat. Si mihi quoq; astutissim⁹ ille hostis struat insidias, atque supplantare velit improvidum, Tua effice clementiā ut tutus à labe consistam, neq; sublatus in altum, lapsu ruam graviore! Et cum facilius nihil sit quam PEDIBUS INFLATIS & intumescentibus impingendo, extremam corpori universo accelerare miseriam, hinc tanto ferventius DEum literatus invocet, ut perniciosum illum Elationis auferat *tumorem*, nullamq; præsumtuosam ambitionem animo suo dominari permittat. Si alios sui ordinis suæque facultatis homines videat, non solum inflato illo superbiæ pede miserè supplantatos, verum præ fastu & arrogantia terram PEDIBUS vix amplius contingentes, *et lasq;* sibi cum Icaro quærentes quibus in altum evolent, noster Davidica illa eò fottius ingeninet verba: *Non veniat mihi pes superbia*, ne forsitan offendam alicubi miserè, extremæque perditionis barathrum incurram. Adhæc consilii Apostolici memor literatus DEOq; sa-
Roman. cratus homo nequaquam *ALTIUM SAPIAT*,
XI. 20. sed *TIME AT potius*, nihil de semetipso præsumens, nihil ingenio suo industriaq; tribuens, sed fragilitatem pariter ac vilitatem naturæ suæ diligenter assidueq; considerando omnem superbiæ (ex literarum artiumq; studiis conceptæ) aditum intercludat. Timeat in-
 quam potius, quam suis confidat ingenii do-
 ctrinæ-

ctrinæque opibus, totus cohørrescat, ubi aper-
tis mentis serenatæ oculis ingentia sua perspe-
xerit pericula, nimirum quod (dicente Euse-
bio Emisseno) tanti tamque fallaces sibi obji-
ciantur laquei, tam atroces innumerique ho-
stes gressus suos observent, tantæ foveæ , tanta
prærupta , tantæ rerum difficultates interjace-
ant inter se & finem suum, h. e. supremā & im-
perturbatam felicitatem. Ad hæc cogitans
quam arcta & ardua sit salutis via , quibus spiri-
tualium latronum insidiis obsideatur, qui sco-
puli sint transeundi , qui subeundi fluctus,
quanto sæpè impetu ab adversariis ad casum
concussus fit, & ex casu in præcipitum, quo-
ties Hannibal ante portas, molles nimirum e-
nervatiq[ue] affectus, hostes innumeri & in-
domiti se haud quidem invitum nec reluctan-
tem oppresserint ; quoties amoris gratiæque
cœlestis funiculis traetus nefariè sit relucta-
tus , & trahentem Dominum neutiquam secu-
tus, totus ille contremiscat , & de fastu omni
abdicando extingvendoque seria secum (opé
cœlesti fretus) agitet consilia. Porrò perpen-
dens lapsorum superborum ab omni ævo histo-
riam, Angelorum , Protoplastorum, omnium
que profanè alteque nimis sapientium tragœ-
dias, quam graviter perfidi rebellesque illi , qui
cœlo bellum indixête , à supremo tum judice
tum vindice fuerint puniti ; quam horrendum
Gigantomachia ista semper habuerit exitum,

*Esa. I.**Ecclesi. X.*

9.

nimirum ut fulmine tacti Jovis impugnatores, jamque pridem suis machinis incinerati, exemplo suo miserabili posteros docuerint, non impune cœlum Numenque bello peti, nec DEUM fastu mortalium irritatum quiescere, donec (ut propheta ait) *grave de inimicis illis suis sumptum sit supplicium*. His inquam calamitatibus miseriisque probè ac diligenter perpenſis, qui libet literatorum hominum de eradicandis extirpandisque damnificæ illius arrogantiæ zizaniis apprimè sit sollicitus. *Ad quid superbiat terra ac cinis?* quænam arrogans ista esset prætentio, quæ temeraria præsumtio ut cinis superbire velit ac lutum? Num se extolleat cœnosus vilisque humuncio, ingenii sui doctrinæque (spreto Creatore) confidens opibus? Indignum potius se reputet aëre, quem respicit, indignum cœlo, quod adspiciat, siquidem superbiendo perire maluerit cum diabolo, quam æternum regnare cum Christo. Subeat apimum ejus ingens admiratio, quomodo angelii eousq; sustinere potuerint perduellē Creatori, astra benignis observare adspicibus, eleminta confovere, boni probique homines consortio suo dignari tantum omnipotentis Domini contemptorem. Planissimè sibi persuadeat non amplius esse quærendi locum **QUID FECISSET?** Siquidem de latente animi fastu ab interno monitore abunde jam sit convictus; sed tempus potius esse, imò plusquam

quam tempus, ut cum Saulo persecutore in terram prostratus, ob tanta flagitia tremens, ob tot pericula stupens, oculis lacrymantibus, contrito corde & singultiente voce exclamat : DOMINE QUID ME VIS FACERE ? Seriam (ita ore respondet Prophetico-Apostolico) *age pénitentiam !* summa cum reverentia coram Iæsa procumbe Majestate cœlesti, corque sincerè adaperiendo animi tui statum miserabilem detege, ad divinæ clementiæ Salvatoris beneficio partæ thronum cum fiducia accede, & cane pejus ac angue omnem deinceps fuge mentis elationem.

XVIII. Tanto verò tamque intolabili jugo, cœlesti ope excusso, pie literatus in veræ sinceræque humilitatis via constanter ambulet, utque ad eam tantò facilius feliciusque pertingat, frequenter mentis oculos in id convertat, quod centum vel quinquaginta ab hinc annis fuerit, quodque tunc fuerit DEUS, equidem deprehendet tunc se nihil, nullaque rei cuiusquam curâ tactum ; DEUM verò semper fuisse immensum, infinitum, immutatum, Regem summum atque potentissimum, rerum & virium omnium fontem indeficientem, à quo omne suum esse, posse, vigere, perdurare usque eo continenter defluxerit, ut si vel momento vigorem instillare intermisisset, illicò in nihili sui voraginem fuisset detrusus. Quodsi ignis igni, venenum veneno alteri possit esse.

remedium, quidni naturæ nostræ inpulveres
& VERMES resolvendæ consideratio inter-
imere vermen. *S U P E R B I A* posset, omnem-
que animi expellere fastum? Si diligentiori in-
super mentis trutinâ ponderet literatus partim
ea quæ sibi etiamnum desint, partim in quibus
frequenter deficiat, nullam sibi vel ad illa com-
paranda, vel ad hæc ritè consummanda facul-
tatem inesse reperiet, nisi eam largissimo D E I
munere recipiat. Licet egregia artis scientiæ
ingeniiq; ornamenta possideat, plura semper
præstantioraque sibi deesse persentiscet. Quan-
tae [bone D E U S !] omnigenæ eruditio[n]is co-
piæ (uti supra monuimus) adhuc sunt abscon-
ditæ, quas nequidem prioribus labris erudit[i]-
attigerunt, vel in quibus minus accurate se se-
exercuerunt! quam multa in rerum divinarum
atq; humanarum præteritarum pariter ac præ-
fentium cognitione ignorant! In tot lingua-
rū, artium, scientiarum, exercitationumque
varietate quam multa ne tenui quidem suspi-
cione percipiunt! Ea verò in quibus plus ali-
quid peritiz sibi arrogant, magna adeò medio-
critate & definito limite possident, ut pluri-
marum earumque utilissimarum rerum defectū
laborent, nec doctrinæ scientiæq; opibus adeò
onusti sint, quam se divites esse mentiantur...
Hinc non solū intelligent, quam exiguā peri-
tiæ aut eloquentiæ cuiusvis habeant portionē,
sed quam longis parasangis superentur ab alii,
ut p[er] istis, tantillū id quod habent, vix aliquo
in

in pretio sit reputandum, hinc suæ eos tenuitatis omnino pudebit, oculis animi potius ad præstantiora quam ad inferiora conversis. Si que id ipsum divinæ gratiæ radiis collustratus literati hominis animus assidue consideret, non adeò arduam, nec laboriosam imò nec admodum operosam veræ sinceræque humilitatis exercitationem esse deprehendet. Nunquam sapiet aut spirabit ille altiora, sed **AD ALTIORA** potius sinceræ pietatis suique **ABNEGATIONIS** culmina usque & usque adspirabit, quanto fieri locupletior, tanto sibi pauperior videbitur.

Tanta uniusquisque [ait quidam] **capacior tanto** *Inter e-*
avidior erit quanto inde plus transferit. **Siquidem** *pist. Au-*
virtus dum in processu est, non tam quidpro- *gust. ep.*
fligatum præclareque actum sit reputet, quam *142. c.*
quantum profligandum restet atque per- *i. i.*
ficiendum. *Vere pius* (inquit ipse D. Aurelius)

plus semper intendit in ea in quibus sibi August.
displacet, quam in ea si quae in ipso sunt quo l. v. de
non tam ipsi quam veritati placent. Neque C. D. c.
id tribuit unde jam potest placere, nisi ejus mi- 20.
sericordia cui metuit displacere. Si profanus

ille Sexti⁹ die quolibet peracto ad contemplationem sui reduxit animum, quidquid gesserat l. 3. de idixeratque examinans & ad Pythagoræ exemplum secum exigens? Quid prætergressus? *apud Sen.* *rac. 36.*

Quid gestum in tempore? quid non? Si idem ipse fecit Seneca, inquirens in se an ex præceptis se gessisset, cui affectui restitisset, qua parte fani-

sanior vel sanabilior evasisset ; potius de eodem officio ritè adimplendo semper cogitet literatus christianus , indeque fragilitatis suæ capiat documentum . Nec minus ad animum sibi tevocans quam nihil sit , quam illa ipsa quæ aliunde acceperit tenuia atque media-
eria sint , T I M O R I S potius quam T U-
M O R I S ánsam atque occasionem arripi-
at , utque eò magis in præclaro hoc doctrinæ
profundissimæ genere proficiat , & in cœlestem
tandem aliquando Academiam cum optimis
Christi humiliimi discipulis tanto certius trans-
feratur , mirabilem Magni Gregorii sententi-
am diligenter assidueque perpendat : E VI-
DENTISSIMUM REBR O B O R U M
S I G N U M S U P E R B I A M E S S E , siqui-
dem illi ob nefustum suum FASTUM è FA-
STIS DIVINIS deleantur , atque expungan-
tur è libro VITÆ . Quod unicum effatum ,
pro dignitate sua in dies inque momenta sin-
gula ritè consideratum æstimatumque , ingen-
iem in eis Superbiæ execrationem , mirabiles
verò humilitatis amores conci-
tabit .



COM-



COMMENTATIO III.

DE LITERATORUM HOMINUM CENODO- XIA, SIVE PERNICIOSO INANIS GLORIÆ AMORE AC STUDIO.

I.

 Aud abs re Magnus ille Alber-tus in doctrinis ethicis hominem usq; adeò sui ipsius deceptorē atq; illusorem esse judicavit, ut proprios sæpè tanquam IDOLA vener-tur affectus. Hoc autem pernicioso mentis malesanæ excessu præ cæteris mortalibus VIRI quidam ERUDITISSMI tantoperè laborant fœ-danturque, ut miserrimæ illius deceptionis fraude irretiti in gravissima propendeant cri-mina, aramque virtutis in cordibus suis doctri-næ beneficio erectam constitutamque turpiter diruant atque evertant. **Dum enim** suos affe-tus

Etus tanquam Numinia quædam, vel luto facta,
vel ære fusa, vel auro recocta, vel ligno dolata,
vel sculpta lapidibus sinistra quâdam naturæ
propensione colunt, iisdem præstantissimū im-
molare ingenium, suosq; libare sudores haud-
quaquam verentur. Sic multi Iræ, (sævissimo.
illi eruditorum pectorum tortori) plures dolo-
ri, alii aliis litare solent animi ægritudinibus,
Nonnulli fœdam adeò & christiano homine
nomineque prorsus indignam amant *auto-gu-
rīas*, ut studia cuncta, vitam, tranquillitatem,
conscientiam, inq; ipsam animam patronis im-
molare, spretoque creatore thura incendere
creaturis constituant. Atque ut unusquisque
literatus de optimo mentis statu optionis erro-
re dejectus, aut perdite concupiscit, aut impo-
tenteramat, aut desperatè metuit, ita sibi pe-
culiare in animo idolum fabricat, cui profana
scē religione devovet, litatque turpiter.

II. Inter subitaria autem isthæc literato-
rum hominum Numinia, ipsorum vel ingenio,
vel errore & hallucinatione procusa, de qui-
bus haud malè dicitur:

- - *sua cuiq; Deus fit dira cupido,*
Dum sibi quisq; Deos avido certamine
fingit,

Locum facile palmarium INANIS GLORIA
obtinet, turpissima illa superbiæ species, quam
*B. Angustinus graphicè delineans, nil aliud-
esse

esse pronunciavit, *nisi secreti conscientiarum desertationem*, cujusque finem & scopum palmarium Thomas propriæ gloriæ excellentiæque manifestationem esse iudicavit. Ita plerunq; eruditis Viris inhæret laudis existimationisque suæ ^{Cicer.} *Tusca-*
studium, ut quondam ingenuè fassus sit Demosthenes, se delectatum susurro aquam ferentis ^{lan. 3.} mulierculæ alteri in aurem dicentis : *Hic est.*

Docet Gyraldus veteres Jovem, Saturnum, ^{Gyraldus} Martem atque alios Deos majores adoraturos *de Diis* pedibus oscula libasse, at verò Deorum filiis aut *Gensis* semidiis, scil. Herculi, Polluti, Castori aliisq;
 manuum oscula obtulisse, ut dispar adoratio inæqualitatem divinitatis innueret, sic doctorum hominum plurimi inani gloriâ turgidi planè divinos sumfere spiritus, ac sibimetipsis tanquam Diis superioribus ; aliis verò eruditis, veluti quibusdam semidiis aut Deorum filiis perversæ opinionis suæ oscula impressere. Arrogante ejusmodi & funesta sui persvasione olim Crescens ille laborabat, cui S. Justinus Martyr in altera ad Senatum Apologia objectit quod ἡ Φιλόσοφος, ἀλλὰ καὶ Φιλόκαρπος καὶ Φιλόδοξος sit, eundemque Crescentem plausus popularis & jactantia studiosum, hominis sapientis appellatione mini-

* Lib. II. de Gen. contra Manich. c. 5. Superbia (ait) non est aliud nisi deserto decreto conscientia foris videri velle quod non est.

minimè dignum esse enunciavit. Tales pleriq;
fuere Gentilium Philosophi, quos non imme-
rito ANIMALIA GLORIÆ à Tertulliano &
Hieronymo appellatos fuisse Heraldus in suo
ad Tertulliani apologeticum commentario an-
notavit. Ac licet multa illi ad speciem fecerint,
quæ professioni & nomini sapientiæ satis con-
venire viderentur, deq; summa hominis felici-
tate altissimâque animi tranquillitate præclarè
differuerint, haud quaquam tamen ad veræ
summæque sapientiæ culmen pervenere, eò
quod in vanitatem toti intenti nec de aliâ re
magis, quam laudis gloriæque sublimioris
consecutione, & propriæ existimationis incre-
mento solliciti fuerint. Ipsum cum primis
ARISTOTELEM insana gloriæ cupiditate eò
abreptum fuisse quidam asseruerunt, ut cuncta
veterum philosophorum monumenta flammis
abolere tentaverit. *Uno incendi.* (scribit Chryso-
stomus Magnenus) congestas triginta sex
seculis tot sapientia divitias abfumisit, & si
qua voluit superesse funeri, ea omnium lu-
dibrio dicteriisque lacescenda tradidit po-
steris, dum in optimorum bona invectus,
abscissis perditisque sapientia statuarum ca-
pitibus suum imposuit singulis, &c. Quic-
quid verò de Aristotele ad hoc scelus quod at-
tinget (quo cum omnino vacasse Viri quidam e-
rudi-

*Chrysostomus
Magne-
nus De-
mocriti
pag. 33.*

quoditissimi judicarunt, existimantes nonnullos
in ipsum affectu magis aut ignorantia, quam
ratione impulsos ita detonuisse) sit statuen-
dum ; CICERONEM tamen perniciosa illa
INANIS GLORIÆ labe gravissimè correptum
corruptumq; fuisse, & hoc uno flagitio, quod
se ipsum laudaret & celebraret assidue, multos
offendisse testatus est Plutarchus, meritoq; im- Plutarchus in
cicer.
mensum illum suggillavit tumorem ex scientia &
literariis insignibus conceptum, quem non
Inepte Eunapius AUREAM INSANIAM
vocavit.. Præcipua hæc nota hominis est
impudentis, qui sibi soli ita placet, ut præ se
cunctos contemnat alios , sibi impensius ab-
blanditur, se unum admiratur, se prædicat, sese
cuivis venditat.. Hujus nota fuit ille apud Arrianum,
Arrianum, quem Epictetus ita loquentem in- lib. II.
duxit : *Quando inanis fuero & vacans curi* cap. 19.
præsertim in convivio, admiratione suspen-
sos habeo convivas præsentes dum numero
scriptores. De his rebus mira scripsit in
primo περὶ δυνατῶν Chrysippus , & Cleantes
separatim de his librum edidit , nec non &
Archedemus ; quin & Antipater , nec solum
in libris περὶ δυνατῶν , sed peculiariter quoq;
in libris περὶ κυριευοντος ; commentarium
non legisti? non legi ; lege igitur. Et quid
utilitas inde capiet & subdit de thrasonica

illā jactantia Epictetus, *nugacior & ineptior erit quam antea fuerat, eum Tu cum legisti non magis in virtute profecisti.* Putida igitur erat hæc hominis [licet revera eruditus] ostentatio, dum variam suam lectionem intolerantius jactavit assidentibus. In eādem ostentationis palæstra illi apprimè olim fuere versati, qui astantium auribus nescio quos centones latinos vel græcos hinc inde collectos obtrusebunt, plenasque ridiculæ venditationis voces emiserunt: *Memini me legere; Poeta canit, docti in sermonibus dictitant, & sexcenta id genus, quæ cum apud imperitos magnam habebant admirationem & plausum, insulsos literatos tantoperè inflarunt, ut magnificè de se ipsis sentire, suasque passim ostentare opes & dotes prædicare non dubitarint.* Audiamus

Sveton. quid scriperit Suetonius de quodam hujus de illustr. pulveris bambalione: Palamon Grammaticus arrogantia fuit tantā, ut Marcum Varonem porcum appellaret, secum & natas & morituras literas; jactaret nomen suum in Bucolicis non temere positum, sed præagiente Virgilio fore quandoque omnium poëmatum Palamonem judicem. Quid arrogantia hoc tumore pestilentius? Haud multo modestior Appion Grammaticus, is quem Tiberius *Cymbalum Mundi appellavit, cum publicæ fama*

famae inanis que gloriæ tympanum videri posset *immortalitate donari à se scripsit, ad quos aliqua componeret.* CALLIPHANE M poeta non immerito Ravisius, Athenæo præunte *Jo. Ra-*
te reprehendit quod diversorum carminum & vis. Text.
orationum initia conscribere consueverit, ea- pref. al-
que ad tres aut quatuor versus pronunciare & ter. in e-
OSTENTARE, ut commentum ignorantibus *pse* epiphantibus
multiscius & eruditus videretur. Nimirum *thetor.*
varios utroque orationis genere libros paucis Conf. A-
ille lineolis tantum inchoaverat, nec ulterius ihenam
erat progressus, iisdemque operum imperfe- l. t. Dip-
citorum initiis vanam captabat gloriam, quasi nos. fol. 2a
fœtus illos omnibus numeris absolutos in scri- & Tho-
niiis suis asservaret. Nec satis decenter Calvi- mafis
sius quidam Sabinus fatuos umbratilis gloriolæ Diff. de
igniculos captavit dum magnis pretiis (Sene- plag. lit.
ca teste) servos comparavit literatos, quorum §. 375.
alter hunc, alter illum Poëtam memoriter nos-
set, ut iis veluti nomenclatoribus contra do-
citos disputans uteretur, non secus ac Aulus ille
Posthumius, familia quidem nobilis ast garru-
lus & loquax græcam institutionem & lin-
guam eo solùm fine expetivit, ut doctos exa-
gitare atque nefando illi Idolo, quod inanem
gloriam diximus, litare strenuè posset.

III. Jam verò si omnes LITERATOS CHRISTIA-
 nos qui in fœdam istam ac tanto nomine indig-
 nissimam idolatriā incidere, quiq; Creatore

spreto thura subitario illi numini CENODOXIÆ scilicet incendere non dubitarunt, sive temporum, sive nationum sive facultatum & disciplinarum ordine observato recensere vellemus, Commentationis hujusce termini longissimè nobis excedendi, molisque vastissimæ opus adornandum esset sub titulo DAMNATÆ VANITATIS GLORIOSÆ; verum paucos duntaxat ea labe pollutos Doctores ad VITII illius literarii genium ac indolem eo rectius perspiciendam notasse commemo- rasseque sufficiat. Non leve equidem laten- tis illius morbi maliique indicium fecit HIERONYMUS CARDANUS, dum in septimo de rerum varietate libro asserere non dubitavit, *SE VIVENTEM AB OMNIBUS, qui dignum aliquid memoria scribant, ITA CO- LI, ut non puduerit illos fateri, que AB IPSO fuerint inventa.* AMENITES insuper (ut superiori etiam commentatione nota- vimus) eos omnes vocans, qui nesciant in- venta sua talia esse, quæ à nullo ætatis suæ in- veniri potuerint, qui non fama egregia esset cognitus. En jaetabundi, & pudendo inanis gloriæ cœno miserè polluti animi evidentissimum characterem! Haud abs re Magno illi WESSELO Gansfortio (quem nonnulli Lucem Mundi vocare non dubitarunt, quod seculi barbari tenebras doctrinæ suæ singularis splen-

*Cardan.
lib. VII.
derer.
variet.
c. 33. p.
333.*

splendore illustrasset,) vertitur vitio, quod licet honorificos Doctorum titulos contemserit, in solennibus tamen congressibus disputatorii Thomæ authoritatem objicientibus ad hunc plerumque responderit modum; *Thomas fuit Doctor, quid tum? Et ego Doctor sum, G. Gel-*
Thomas vix latine intellexit, & unilinguis denbarū.
fuit, ego trium principalium linguarum per- ^{in vita}
ritiam sum affectus, Thomas vix ambram ^{Johann.}
Aristotelis vidit, ego Aristotelem grecum in
ipsa Graciadidici &c. cujus jactantiae fumus
non parum equidem illam mundi lucem obscuravit. Festivaetiam sunt nec omnibus nota, quæ de Angelo Politiano tradit Francisc⁹ Duarenus, ^{Duard}
Fr. Balduinum alloquens, narrata sibi ea referit ^{opp. p.} à Budæo, qui eadem ex Jano Lascare crebro se ^{1107.} audivisse affirmaverit: *Cum Politianus Flo-* ^{Conf. Co-}
rentia interpretationem Homerice Iliados lomes,
cum magna celebritate aggrediceretur, non in Cimel.
sine ingenti ostentatione, qua de Homer⁹ liter. &
poemate prascripta sunt ab Herodoto, audi- de plag.
toribus suis è suggesto recitabat, quo tempore ^{liter. Cel.} ^{Thomas,}
Herodoti liber gracè scriptus, à nullo adhuc ^{S. 526.}
conversus in latinam linguam, nec typogra-
phorum formis excusus erat, itaque Lasca-
ris, qui tum honoris ac dicis causa numerum
auditorum augebat cum paucis quibusdam

aliis græcè doctis hominibus, qui ignorarent, unde omnia, quæ pro suis recitaverat, hausisset. Is igitur paulò post ad hominem conversus, eumq; seducens; Dic mihi quæso, inquit, Politiane, quo ore Herodoti opus insigne quod ante tot secula conscriptum est, in tanto cœtu ut tuum recitasti? Cui mox subridens Politianus; Nunquam inquit putasse Jane, hominem græcum adeò ejus artificiis rudem & ignarum esse, quo ad multitudinem existimatio & fama comparari solet. Quasi verò, inquit, non satis intelligam tres, aut summum fortassis quatuor vos hic adesse, quibus Herodoti libros aliquando inspicere contigerit. Sea quanam hic sit turba NOBIS AD PLAUDENTIUM, & INCOELUM LAUDIBUS FERENTIUM, vides. Apud quos si existimationem nostram (quod minime spero) vel tantillum ladere volueritis, oratio profectò vestra, ut gloria nostra invidentium hominum, non multum fidei ponderisque habitura est.

Jan. Nic. E- VI. Hâc ipsa ostentationis maculâ præ cærythr. pi teris quondam pollutum fuisse FORTUNATUM nac. S. II. SCACHUM, reconditæ alias doctrinæ hominem, p. 200. 201. Janus Niçius Erxthraeus in pinacotheca sua
discretè

disertè indicavit, *nimirum libris edendis eum operam duntaxat dedisse*, ut nomen suum immortalitati commendaret, *imò secretum semper ac remotum ab arbitris locum quasi-visse ut scriptiori daret operam, atque aeternam sibi gloriam scriptorum fama conficeret.* Hinc annis jam gravior linguarum fese trahiderat cognitioni, nec græcam solum ut M. Cato senex arripuit, verum etiam hebræam sibi redididerat ita familiarem, ut Sacra Biblia duobus voluminibus comprehensa nono ævi hujus anno ediderit, postmodum duo de sacrisunctionibus concinnarit volumina, unum Sacrorum eleo-chrysmatum, alterum sacrorum arcanorum titulo inscriptum, utrumque varia atque admirabili eruditione refertum. Nec dubitavit [gloriæ stimulis incitatus] Scachus in arenam descendere cum viris etiam doctissimis, eorumque contra se differentium validissimas repercutere hastas, majoraque indies eruditionis profundioris dedisset documenta, ni arcane DEI (elatis omnibus resistentis) judicio apoplexiæ subito morbo correptus, tantam capititis oculorumque calamitatem incurrisset, ut omnis in eo tum excogitandi tum cernendi scribendi-que facultas evanuerit, tandem ipse vita & miseriæ suæ splendidæ colophonem [utinam felicem!] imponere necessum habuerit. Magis verò stulta ridiculaque de alio inanis gloriæ

Nic. E-
rythr.
l. c p. I.
pag. 21.
22.

inter Italos mancipio idem Erythræus commi-
moravit, cui Belmonits Cagnoli nomen, va-
næque laudis studium curæ cordique tantope-
rè fuerit, ut in heroico carmine laudem pri-
mam sibi vindicarit, sibique homo gloriarum
plenissimus persuaserit nomen suum in toto
Terrarum Orbe esse celebratum, ac si literatus
quispiam ipsi advenienti continuo non assurre-
xisset, talem irarum plenus compellare non du-
bitarit: Itane? Abbas Cagnolus, eversæ Aqui-
leæ (rhythmos enim octonis inclusos versibus
de Aquilea capta soloque æquata conscripserat,
& cum Tassi versibus ejusdem argumenti eden-
dos curaverat) & tantorum Carminum auctor,
tuam potuit notitiam effugere? non fit verifi-
mille. Et cum stultitia suâ quorundam risus ex-
citasset, ira summopere inflammatus; Quid ri-
detis, inquit, insani? Ego sum ille Abbas Cag-
nolus, qui ex dirutæ Aquileæ poëmate tantam
mihi gloriam famamque collegi, ut nullus in
terra vivat, eujus nomen sit apud omnes illustri
& clarius. Non defuisse equidem illi ingenium
& eruditioñem, versus in Juliani Martyris, Laur.
Justiniani Alexiique laudem conscripti, nec non
Mariæ Magdalena lacrymæ ab eo decantatæ te-
stantur, verum infana illa jactantia verè Davus
ille fuit, qui cunctas ejus turbavit dotes, omniū
que ludibrio hominem exposuit. Quod etiam
excepit Cynthii cujusdam Lucarini (hominis ex
Erythr. testimonio summa divinarunt humana-
rum-

Idem Pi-
nas. II.
n. 30. p.
103.

rumque rerum scientia prædicti, aet de men-
tis statu tandem dejecti) insanum effatum ;
*Currum [ajebat ille] parari curabo mirabili
artificio multisque mysteriis refertum, in
quo triumphem, eo quod scientiam rerum
omnium complexus, cunctos mortales sapien-
tia vincam.* Socium sibi in hoc stultitiae currū
jungere debuisset Franciscum illum Balduc-
cium ; qui cum (eodem Erythræo tradente),
viros nobiles & divites suis carminibus laudis
& præmii spe extulisset, quandam ex amico ad-
versarium suum non dubitavit hunc in modum
compellare : *Vide, ajebat, si pergis odiosus esse,
ego Tibi immortalitatem adimam, quam
meis parare possum versibus.*

V. Longum nimis atque prolixum foret
omnes VANÆ GLORIÆ sectatores LITE-
RATOS in medium producere, suisque colori-
bus exhibere depictedos. Innumerū equidem ho-
dienum, ut in omniū oculos incurvant, atq; to-
tius Orbis literati pateant conspectui, gravissi-
ma vita & anima subire solent pericula, à su-
premæ felicitatis scopo turpiter ut plurimum
aberrantes. Utinam non ipsi Musarum, ipsi Sa-
crorum Antistites in hujusmodi ineptias pro-
laberentur, de ingenio suo vel eruditione, vel
nescio quibus meritis ubique gloriantes, aut
industriam & res gestas vel proprias vel etiam
majorum suorum magnifice extollentes ! *Vix*

dentur equidem qui hoc faciunt (præclarè dicente nonnemine) eo ipso indicare, quod ceteris se se opponere cupiant omnibus, præsertim si illi non minus docti, ingeniosi & strenui videantur; vel si loco sint inferiores, illos quasi vi adhibita subigere, iisque suam vilitatem miseriasque exprobrare co- nentur. Ea est demissionis sinceræ (qua homo etiam summè doctus in continua sui despici- entia versatur, & immoderatam refugit gloriæ appetitionem) efficaciâ, ut apud sapientiores omnes maximo sit in pretio, eamque laus nunquam peritura excipiat. Quam ipsam erudi- torum quilibet facile consequetur, si paulò pe- nitius in se figat obtutum, consideretque quant sit exiguum quod in se doctrinæ habeat vel vir- tutis, quamque modicum & tenue, quod ipse de suo contulerit ad impetrandum eruditionis solidioris decus. Si turgidus & inanis gloriæ vento inflatus literator dicente Porphyrio sit

Ut puer accumulans, multum per litus a- renæ

Unde sibi fingat per multa, sed omnia statim

Confundat manibus ludens, pedibusque repulset;

*Potior longè humilis & ex infucata sui notitia
verè fulgentis Doctoris laus erit ac gloria. Ab
jectio*

jectione (ait quidam) contrahenda sunt ve-
la feliciter radentibus equor. Et rursus : Joseph.
Qui precariam felicitatem in humana glo- Maria-
ria inanitate constituunt, ii profectò insa- vigl. in
niunt operose. Collocant aras vanitatis sua legibus
in aura labente, nec aliter quam Thurii Bo- vit. p. 62.
ream adorant ventum. Falluntur astiman. & 274.
tes honorem velut bonum proprium, cum sit
alienum ; honorari alienum est, honorare
nostrum. Dementia redarguitur Carthagi-
nensium Dux, ubi ex bello pro mercede tan-
tum gloriam quaesivit. Melius fuisse vir-
tutem & laudabilitatem affectare quam glo-
riam. Infames declarant inepta Manlio
Capitolini vota qui malunt famam magnam
quam bonam, gloriatur sapè (nos literati)
in iis, quorum potius pudendum erat. Achil-
leum singit Homerus arrogantiae stimulis velut
alis elatum, atque in summam levitatem con-
citatum :

*Huic verò facta sunt ale, alteque levarunt
Pastorem populi.*

Ne ejusmodi inanibus alis pueriliter sese effe-
rant eruditi, ad ima potius quam ab sublimia
vergant, utque probè discant felicissimæ am-
plitudinis exordia, strenuè in humilitatis &
abjectionis propriæ palestræ sese exerceant.

VI. Quod si

VI. Quodsi vero primam Vanitatis illius
sive JACTANTIAE LITERARIAE originem
altius repetamus, ab ejusmodi affectu præpo-
steri perturbatione deducendam esse depre-
hendemus, quā omnis virtus pietasque præpe-
ditur, & quā obsessus literati hominis animus
tam inordinato flagrat sui ipsius amore, ut se
unum caput columenque rerum esse existimet.
Talis alter prorsus est Astudamas aut Narcissus,
falsa sibi vēdīcans, & ostentans bona quæ ha-
bet minimè, demens altè spectat, nec locum in
quo consistit præcipitem advertit, est ille ipsis-
simus Cumanus Asinus, cui superjectum spoli-
um leonis cum voeis asperitatem non ademis-
set, nec obtusum ingenium acuisset, se tamen
leonibus additum gloriabatur. Lingua ei est
procax & ventosa, promptior alienis moribus
corrodendis, quam suis emendandis, nasus
is, quo aliena suspenduntur, totum os du-
rum, imò totus ea cute est conctus quæ nescit
erubescere. Sed & in gestu, incessu, statu ve-
stituque universo eminet ostentatrix illa jacta-
tio sui, eaque tinctus literator continuus est
malitiarum sutor, & magnorum mendaciorum
consarcinator, magnidicus, vanidicus, & a-
marulentus infidelitatis hospes, mordens haud
secus quā bellua edentata, aut ut is qui [ut
antea diximus] M. Varronem ausus est ap-
pellare porcum, sus ipse aut si quid sue est im-
mundius, aut certe ut Thestorides ille sola im-
pu-

pudentia notus, qui Phocaidem Homeri abs
se descriptam pro sua venditabat. Nec uno
impudentiae genere contentus, mox transit ad
aliud, nunc palam, nunc latenter ludit, alie-
nam famam semper lacerat, veluti latens yipe-
ra in occulto sua coquit venena, inque iis o-
mnibus, quibus aliqua felicitatis literariae pars
continetur, ferales studet extruere nidos. Ver-
spellis etiam est, sed ita ut in mediis versutiis
sit amentiae manifestus, nec enim advertit, se
flagitiorum suorum dum laudes proprias de-
buccinat, & alienas deprimit, ineptum esse pro-
ditorem. Turpem ejusmodi inflatum & puti-
dum vanitatis utrem Italum extitisse quendam
Jacobum Claverium, laudatus Janus Nicius E-
rythræ⁹ in Pinacotheca sua perhibuit, qui ado-
lescentem quemvis ingenio præstantem huma-
nissimis exceperit verbis, laudibus extulerit,
suamque illi operam fuerit pollicitus, obsoniis
etiam refecerit, ut promitteret SE Ejus LAUDES
quas ipse sigillatim enarrabat vel prosa oratio-
ne vel carmine celebraturum, qua ratione à
multis egregiis ingenii non in elegantes ver-
sus suam in laudem expressisset, sed & alium
ejusmodi literatum fanaticum, sub Zoili Ar-
delionis imagine in Pinacothecâ laudata exhi-
buit Janus Nicius Erythræus, atque hisce non
malè depinxit coloribus : Ex matris utero ani-
mi vitia quibus laborabat, attraxit, perpetuam
vide-

Janus

Nicius

Erythræ⁹

Pinacothecâ

part. I.

p. 8. &

240.

videlicet arrogantiam, atque elationem animi non ferendam, & quamvis ingenii acumine & celeritate valeret, ac de quacunque re proposita doctè eleganterque differeret, multis rebus cognitis, summoque studio ac diligentia nomen esset consecutus; attamen omnes præ se contemnebat, neminem quicquam scire aut didicisse arbitrabatur, atque interrogatus cur ad certum quendam eruditorum coctum non veniret, arrogantibus sanè verbis respondit, nunquam se in eum venturum conventum, ubi neminem sui similem ingenio, doctrina & eruditione conspiceret. Neque erat Academiæ cuiquam magnoperè optandum, imò minimè ejus intererat in suorum eum venire numerum, nam homo factiosus, elatus, insolens, aut em dissolubebat, aut simultatibus discordiisque serendis perturbabat omnia, atque miscebat, minimum abfuit quin Academiæ cuiquam cum maximè ingeniiis hominum floreret, pestem afferret atque exitium -- Neque solum sibi principatum in literis arrogabat, sed capessendæ etiam administrandæque Reip. artem à se peti debere affirmabat, ac Regum & Rerump. omnium oratores noctu ad se domum, capite aperto, varia induitos veste, & Vulcanum in cornu conclusum gerentes venire jactabat, ut suorum Regum mandata deferrent, de pace, de bello, de summa imperii consilia communicarent, & quod ipse daret, acciperent -- ne multa, nullum

Ium esse tota in Europa Strategum, nullum Dynastam, nullum Tyrannum, quantumvis magno à nobis locorum intervallo disiectum, quin lectis suis, ut ipse ajebat foliis, non continuo suam per literas amicitiam expeteret, ejus prudentiæ gratularetur, seque totum ipsi habendum possidendumque permitteret, & quosdam etiam Reges ab ipso edoctos, totam Reip. administrandæ rationem constitutasse gloriabatur, multaque his similia non magis thrasonice quam insulte loquebatur, quæ ne lectorem fatigemus, omittenda duximus. At vero singularem merentur observationem quæ de miserabili Zoilli istius exitu author audatus tradidit, nimirum illum pituita largius ad os defluente, suffocatum, vel veneno extinctum, vomitione puris & sanguinis ex apostemate concepta interemptum periisse; sed & revera damnum quoddâ bonas literas ejus interitu accepisse Erythræus tradidit cum ingenio peracri fuerit, & studio flagranti, rem acute viderit, explicarit dilucidè, scripserit ornatè; adeoque Viri eruditæ laude promeruerit, nisi elatione animi & vana sui opinione inflatus & corruptus homines ornatissimos omni commendatione ingenii atque virtutis spoliare constituisset. Non longè diverso dementiae charactere illi notandi sunt gloriæ vanæ sectatores, qui nil magis atque enixius efflagitant quam ut in aliorum monumentis nomen suum gran-

grandioribus literis expressum lectores inspi-
ciant, & majoris auxilio characteris omnium
Mentius conspectui pateat. Tales [ut scitè quidam ait]
de liter. in exiliunt gaudio, & penè despiciunt, atque eos
vidia p. tantummodo libros non oderunt, qui ejus-
modi adulatio[n]is stigmae notentur; alios
omnes, qui de illis ne verbum quidem fece-
runt, utpote insolens & illepidos damnandos
prorsus & abjiciendos pronunciant. Quin
imò illa ipsa enormis gloria cupidio quosdam
cò adegit, ut alienis etiam inclarescere labori-
bus non dubitaverint. *Nacti scil. quā sorte neu-*

D. Bart. scio excellentium authorum opera posthumā,
charact. sed nondum ultimo doctrina & ingenii co-
lit. p. 139° natu perfecta, temeritate offirraga Aquila,
pullos aquilinos nido excusso levant, & im-
plumes, ac vclut abjectos domi alunt, in suos
deniq; adoptant; quamvis ex Synesi sententiā

magis impium sit mortorum lucubrationes,
Synesi. e. quam vestes furari, magnamque hoc crimen
pist. 141. cum ipsa sepulchrorum effossione habeat affi-

nitatem. Verum cum illud quod diximus
cacoëthes nullam modestiæ, nullam æquitatis
habeat rationem, hinc temerè etiam manus in
aliorum labores injicere non veretur, haud qui-
dem auctorum nomine absolvendos edendos
que in lucem, sed sibi tribuendos insolidum,
quæ alienæ industriæ vindicanda fuissent.

Græcos

Græcos pictores laudant nonnulli, quod ad honorandam illorum memoriam, qui ea in arte excelluissent, caverint sollicitè, ne quis penicillum in tabulis duceret, quibus manum auctoris ultimam mors præripuisset, quo significabant, inchoata illa & mutila conceptorum operum rudimenta esse absolutis spectabiliora ; *Illud Plin.lib.*
(notantē Plinio) per quam rarum, ac memoria 13.c.11.

dignum, etiam suprema opera artificum imperfectasque tabulas, sicut Irini Aristidis, Tyndariadas Nicomachi, & Venerem Apellis in majori admiratione esse quam perfecta.

Tantum verò abest ut inanis gloriæ oestro pertici ab alienorum operum invasione sibi temperent, ut potius illa (non absoluta quidem & ad debitam perducta maturitatem, sed passim interpolata, imò deformata penitus) suæ industriæ ducant asserenda. Quibus ipsis tamen longè deteriores illi existunt, qui integris eruditorum perfectisque commentariis nihil præter suum addunt nomen, sedentesque otiosi ac desides, & nullam unquam manum operi admoventes, nominis impetrare volunt celebritatem. *Nimirum (ut scitè Bartolus) de Leone Bartolus pellem circumferunt solum, & ostentant charact. prima tantum pagina generositatem, cetera l.t. p. 41.* omnia sua esse jurant, quasi majoris non sit Conf. negotiis auctorem se libri facere quam Tem. Raynaud.

*ac malis plum Deorum cuipiam dicare , cuius nomen
libris sit satis fronti præfigere. Quid ausa est tur-
partit. I. pius illa Imperatorem induit a bestia princeps
Erotem. Caligula , cum preciso Jovis Olympii capitulo
X. §. 4. suum substituit ut pro illo exinde coleretur ?
p. 165. seqq.*

Multo significantius verò , quorsum literato-
rum hominum pectora illa famæ sacra famæ
abriperè soleat peculiari nuper de plagio lite-
rario opere ostendit D. Jac. Thomasius , Vir
*Jac. Tho. sive omnigenæ eruditionis apparatus specte-
mas. Dis- tur , sive virtutis solidæ decus , felicissimis ævi
serit. de hujus Literatis meritissimo jure accensendus.
plag. lite Probèis pro ingénii sui perspicacia deprehen-
rar, cd dit fœtulentas plagiolorum literariorum palu-
Lips. 1673, des nunquam non è corruptissimo illo INA-
NIS GLORIÆ fonte puteoqué pudendo su-
am traxisse originem. Audiamus Virum lau-
datissimum in rem nostram præclarè differen-
tem ad hunc modum : Dubium non est,
*Idem l. c. quin ad plagii turpissimum crimen maxi-
cap. I. §. mè pelliceat homines GLORIÆ nimia
3. seqq. CUPIDITAS. Enimverò ut ad paran-
das divitias mercatura, sic ad nominis a-
dipiscendam gloriam sua natura magis
valet eruditio. Nititur autem ista glo-
ria cum primis OPINIONE præclara,
quam de alterius excellenti doctrinâ quis
habet. Jam gloria sequi cruditos non
solet,**

folet, nisi dicitas ingenii suas, rem oculis alioqui non aspectabilem, idoneis atque in sensum incurrentibus signis demonstrant publicè hominum alicui justæ multitudini. Nam uni soli aut alteri innotuisse, pariet hoc quidem existimationem, sed vix tantam pariet, quanta gloriæ titulum mereatur. Demonstrandi vero medium duplex: aut enim RECI-TANDO congregatae multitudinis aures, aut SCRIBENDO legentium implentur oculi. Porro cum gloriæ pretium duabus potissimum rebus pendatur, PERENNITATE & AMPLITUDINE; quarum illa se temporum spaciis exæqvat, hæc generis humani latitudinem emetitur: ad utramque consequendam, quia recitatione longè sit commodior SCRITIO, nemò ambiget facile. *Ad perennitatem;* Nam quæ quis loquitur, in auras evanescunt subito. Quod si maximè descendant in memoriam audientium, cum his ipsis tamen morientibus excidunt Orbe nostro. Contra quæ scribimus, in chartis aut membranis diutius æ-

V 2 tatem

tatem ferunt. *Ad Amplitudinem; Nunquam enim ad cathedram recitantis totus confluxit Orbis.* Quæ per chartas seminantur, intervallo temporis non maximo pervagari ad extremas usque insulas poterunt, modo justa præsto sit exemplarium copia. Arque hic Typographicæ artis inventio mirum quantum roboris adjecerit illi, extendendæ in secula pariter & remotissimos terræ sinus famæ, conatui. Notum quippe illud de typographo :

*Imprimit ille die, quantum non scribitur
anno.*

Nec ignotum, levioribus longè impensis Orbem impleri posse Codicibus prelum egressis, quam calamo exaratis. Faciunt autem illæ tot unius libelli myriades, ut & omnes mundi anguli compleri certius possint, & diutius perennet fama. Scio casus esse varios, quibus deleriqueant codices. Concedam ergò in tanto numero fieri posse ut plurimi pereant, ut omnes ita disseminati extingvantur, vix unquam eveniet. His oportunitatibus ante chalcographorum repertum artificium

cium destituti veteres, non mirum si RECITATIONIBUS multum sunt oblectati : quas certè si nihil aliud, summa commendabat facilitas. Citius enim perficiam, ut sexcenti me homines recitatem audiant congregati, quam scribentem legant dispersi. Accesserunt his recitationibus certamina, atque in his constitutæ vincentibus loco præmii coronaæ. Quarum pretium cum non aliunde magis quam ex laude victoriae penderetur : factum sic fuit, ut illius ævi eruditis mirificum O-

*Derecitat. bisce
consule*
P.ccar-
rum O-
rat. XI.
leqq.

ficeret GLORIÆ CUPIDO. A. P. 200.
 pud nos hodiè qui ad gloriam adspirant,
 SCRIBENDO eam potius, quam recitando querere solent, sive quod famam parturientibus obstetricari felicius typographi possunt, (qui, quæ semel exceperunt, sic satis celeriter in Orbem eruditum spargunt,) quam promiscua populi quantumvis copiosi concio ; sive, quod illæ recitantium commissiones atque certamina in desverudinem abierunt. Hancenius *θαυμαστικ*. illius Thomasi verba, quibus INANEM gloriam ut pudendam tot abortuum literiorum genitricem meritò incusavit,

quibusq; dubium nullum esse sapientissime judicavit quin ad plagiis crimen nimia GLORIÆ cupiditas plurimos incitaverit. Longè maximum equidem eorum literatorum omni ævo numerum extitisse, qui nimio celebritatis amore ducti, aliorum sibi labores integrosque commentarios vindicare non dubitaverint, ac speratæ gloriæ loco turpem plerunque ignominiam sint consecuti, Vir ille insignis prolixè non minus quam eruditè in laudata dissertatione ostendit, ut actum agere videremur, si literatorū eâ labe fœdatorū exempla, magno numero ab illo collecta * produceremus in medium. Id verò præcipuam meretur observationem, quod omnes ferè ac singuli in laudato Thomasi opere notati Scriptores cœco INANIS GLORIÆ amore eò sint abrepti, ut alienis inclarescere laboribus studuerint.

VII.

*Exempla
literato-
rum eo
nomine
infeliciū
vid. in
laudato
Thomasi
opere à
§. 347.
ad 594.
confer.
Rayn. l.
c. p. 165.
seqq.*

* Quo in conatu perficiendo laudatissimus author egregium non minus eruditonis quam prudentiaz candoris que sui dedit documentum : *Cave au-
tem patres [scribit §. 345.] cujuscunque
nomen in catalogo repertis nostro, cum sta-
tim à nobis ut plagiarium sisti. In pleris-
que non nostras, sed aliorum accusaciones
leges ; quarum pretia per nos erunt libe-
ra. Quosdam inculpatos aut suspicione
obvios, vel suis, vel aliorum, vel nostris eti-
am rationibus, detecta ipsorum innocentia
errantimq; hallucinatione defendamus.*

VII. Luctuosam inanis gloriæ faciem intuitus olim Chrysostomus, haud abs re eam *Jo Chrysost. bono.*
separans belluam, horrendū Demonem, pestem Orbis *XII. in*
terre vocare non dubitavit. Quis obsecro non *II. Ger..*
horreat potius quam expetat gloriam, si eam consideret ut emissam è cavae indomitam bel luam, quid si pestem, quid si dæmonem? Sed aliud est quod literariæ cum primis gloriæ conditionem reddit maximè ingloriam, MISER RIMA nempe illa, quam servit SERVITUS; si quidem abjectum ejusmodi inanis gloriæ mancipium ad omnes respicere, nullius non observare vultum, totque habere Dominos cogatur, quot displicere timet, scilicet OMNES. Quæ ergo fors abjectior quam eorum literatorum qui gloriolæ pennis inuecti, fluxis inhiant laudibus, & gloriofi nominis celebritatem au cupantur. Necesse equidem est eos, qui toto ambitu & conatu gloriam prehensant, circum ire omnium sententiis obnoxios, unicuique attendere, metuereque, ne quem nolentes aut volentes offendant, imò cuiuscunque ordinis, sexus, fortunæque hominum verba, gestus & nutus veluti quedam captare oracula. O timidam felicitatem, quæ cunctis etiam miserrimis miseriore reddit homines eruditos, atque liberalia ingenia extremæ servitutis subjicit iugo! Cui malorum cumulo aceedit quod perniciissima sit gloriæ fugacitas, advolansque evolut citissimum, ejusque usura auris simillima sit

mobilibus. Nec male proin à Gregorio vocata fuit *Diar. a.*, quæ oriente die nascatur, occidente moriatur, à Plauto *olstrialis beba*, repente extingvenda, à Luciano *ampulla inaurata*, plena inanitate, quæ suopte ingenio crepet & evanescat, à Clemente Alexandrino *pietum omnium*. Quis igitur tam levis sit animi, ut isthæc plebis ludibria, popularem jaestationem, pictæque linguae tentoria sitienter, adeò appetat? quis non horreat potius illa popysmata ac lenocinantia auribus verba? Cum illa

August. affectare nihil sit aliud, quam, ut præclarè B.
epist. 56. Augustinus loquitur, *linguis humanis ruinas gaudia construere.* Et quam turpiter illi erudi-

Jo. Franciscus Picus Mirandulae Domin⁹, in erudito de Humanæ pariter ac Divinæ philosophiæ studio tractatu, cedro digna Pici sapientissimi verba: Quantum delirent qui lib. 2. de studio hum. & div. Philos. c. 6. ut sciantur reputenturq; doctrina præstabilis dies & noctes in versandis libris anguntur, nemo est qui nesciat, nisi qui statum ambitionis non considerarit. Nullum quippe hominum genus tam infelix quam quod honorum ambitu fervet, & eorum potissimum quos LITERÆ parciunt.

unt. Qui enim aut ob divitias gloriam
quærit, aut sanguinis nobilitate Regum-
que favore se tollit in sublime, facilius
percipit non à se sed ab aliis hoc proveni-
re, nec difficulter spoliari posse amatis bo-
nis : At propria industria, proprii ingenii
præstantia ad nimium sui amorem homi-
nem stimulat, quo sæpius hallucinatur,
judicans id veluti suum & de proprio esse
peculio, ut nec profectum nec Dominum
cum agnoscat. Decipitur autem non se-
cūs ac ii qui phrenesi capri, aliena omnia
sua existimant. Quid enim habemus.
quod nostrum sit? Nonne cuncta quæ in
nobis sunt DEI sunt? Quid ergo oportet
se extollere, magnificare, ostentare? Gle-
rietur qui gloriatur in Domino, cum bo-
na cuncta DEI sint nobis sua gratia infini-
taque bonitate collata. Cæterum quam
scientiam tenemus? Hanc certè si recte
sentimus; nullam scil. nos adeptos, nec
docti cognomentum recte obtinere, cum
multa ignorantia laboremus. Quis et
iam docti prærogativam ab solutè sibi vent
dicaret? Cum infinita sint ferè quæ ne-
sciat, & ea quæ novit, partim ab aliis peri-

ta sint, partim an verè sciat sub dubio teneat. Et hæc de rebus corruptilibus, de eis verò quæ à materia sunt remota, nihil est quod dicam, cum ad ea cognoscenda ita se habeat intellectus noster, Aristotele auctore, sicut vespertilionis oculus, ad Solem contuendum - Sed demus omnem notitiam quæcunque ab homine haberi potest quempiam esse adeptum, in ipsâ verò & retinendâ & augenda quot agones desudandi, quot ineunda prælia ; sed quot intus procellæ tempestatum, quot æstus plusquam marini dum audis Terrodi, & lacerari modo clam, modo apertè, & à doctis & sæpè etiam ab indoq[uis], qui tuam existimationem penitus convellendam ducant. Neque enim si in altum adscenderis hanc luem effugies, sed magis in cām incides, cum livor instar ignis petat alta ; feriantque summos fulmina montes. Quanto certè magis fastigio propinquas, tanto magis impetris - Socrates postquam oraculi sententia sapientissimus judicatus est, tantam in se conflavit calumniam ab eis, qui sapientes se credebant, ut hæc etiam causa mortis addi-

addictus sit, Aristophanes in ipsum inve-
xit, Melitus accusavit de impietate, deq;
corruptela adolescentum, & postea adju-
dicatus est morti Zeno scurrum Atticum
vocavit, usus latino verbo. Plato quoti-
es impetus, quoties non tam in moribus
quam in doctrina morsus & flagellis cæ-
sus , unde Platonomaftignum nomen.
Nam ut de Aristotelis in eum rationibus
taceam, quid Epicurus, Metrodorus & a-
lli in ipsum sparserunt ? Aristotelem cum
Eubulides Milesius tum alii reprehende-
runt, Epicurus vexavit & quidem contu-
meliosissimè, ut Cicero inquit , qui etiam
nec Pythagoræ nec Empedocli peperce-
rat. Contra Theophrastum admirandæ
eloquentiæ Virum meretricula scribere
ausa est, quod Atticus homo nimis atticis-
faret. Cicero in ipso sermone qui tan-
topè laudatur & dum viveret à Bruto à
Salustio ab aliis, & post mortem etiam re-
prehensus à multis, qui se Ciceronomasti-
ges nominabant. In vita enim semper
contradictores habent, etiam qui celebri-
ores habentur. Apud veteres usque ad
Platonis successores sua quisque tempe-
sta-

NB.

te famâ pæditus habuit æmulum, ut apud Diogenem in Socrate est videre. Nec quantumcumq; simultates dies lenta pæscripterit, effugient scripta celebrium auctorum vituperationem aut contradictionem, quam vitari non posse nisi ab his qui nihil omnino scribunt fatetur Cicero. Nam de Homero, quem ut Josephus contra Apione in narrat, Græcorum auctorum antiquissimum celebratissimumque constat, multa vitia circumferuntur, cum in oratione tum extra. Nam pæter illud vulgatum dormitare cum quandoque, pæterque Zoili libros ipsum etiam Dion Prusiensis dicato opere persequitur, & strenuissimum fuisse dicit ad mentiendum, nec unquam fuisse à Græcis Trojam captivatam Quare literis indulgere FAMÆ CELEBRIORIS gloriæque captandæ gratia in vita valde miserum, ut docuimus, cum semper male audias, quod his qui se sapientes existimant supplicium est intolerabile, si vero post mortem, miserrimum, nam mitto quantum nihil ad Te pertineat, quid de te homines sentiant cum exceferis è vita, illud non negan-

negandum, quod semper ut vidimus etiam mortuus in cineremque redactus discerperis, sed sæpè etiam tua opera perduntur & nomen oblitteratur. In Homeri poemate reparando multi laborarunt. Nam ille suos versus non scripsit, ab aliis postea notati, variè tamen & mendosè. Quod ut in unum redigerentur Pygistratus Atheniensis curavit, proposita mercede ut ad se ferrentur, alcitisque grammaticis alii à familia summoti, alii afterisco notati alii obelisco confossi sunt, & fortè si ille à mortuis excitaretur, suos non agnosceret. De libris Aristotelis quot penitus amissi, & si qui habentur quomodo interpolati, & quam propè fuerunt ut perderentur cum infossi terriæ negligenterque sunt habitu, auctore Strabone, priusquam eos Adpellicon teius magna mercede comparasset, & Syllæ temporibus Romam asportati fuissent. Sed de ipsis etiam nomine authorum nonne controversia? Celebratur Orpheus, eiusque hymni celebrantur à multis, & nihilominus Cicero in libris de natura Deorum nunquam fuisse Orpheum dicit, authore Aristotle.

le, & qui ejus nomine versus circumferuntur secundum Pythagoricos, cuiusdam fuerunt Cerdonis, hæc de gentilibus philosophis. De Christianis verò Theologis quis nescit & inter eos etiam fuisse controversias, veteres dico, atque ut alios mittam, quoties Hieronymus de suorum canum latratibus lamentatur. De neotericis nihil est quod dicam, cum libri eorum pleni sint certaminibus, & præter id quod in his quæ ad sacram literarum canonem pertinent omnes conveniunt, in reliquis quot capita tot ferè sententiae, & qui veritate magis nituntur, magis oppugnantur, tum quod omnia judicia recta non sunt, tum quod falsa interdum probabiliora veris, ut docet Aristoteles, itaque nullus à reprehensione vel justa vel injusta omnino immunis, sed & quæ etiam suapte natura sunt vera, ob intellectus infirmitatem magis creduntur, quam sciantur, adeò ut de Aristotele, qui quomodo fieri demonstrationes oportet, duobus libris edocuit, dubitetur à multis an verè ille unquam ullam effecerit, potissimum in naturalibus, à multis scio negari. Laboramus profectò multa ignorantia

rantiæ caligine, nam quotusquisque reperitur, qui cum cui est addictus authorem non celebret, sèpè aliis posthabitatis, ipsumq; tanquam ex antro Heracliti, aut Democriti puteo veritatem extraxisse non contendat, alio obstinatissimè id inficiante. Johannes Scotus ab ejus se-
 Qatoribus plurimum extollitur, & rectè, cum homo vegeti ingenii fuerit & perspicacis, suaquæ inventa miris laudibus efferantur, distinctionumque pluralitates (quanquam alii ab Henrico Gandaveusi petitas magna ex parte affirmant) celebrentur; Ab eis verò qui Thomæ sunt astricti, parvi: ab illis qui nominales vocantur nihili penduntur, adeò ut ab Alliace scriptum sit, impossibilius sibi vide-
 ri ut ostendatur rationibus vera esse quæ de pluralitate ipsâ distinctionum afferuntur, quam quod personarum Trinitas in una essentia, quæ fide tantum tenetur. Mitto quæ celebratissimi Viri in eum confuderint, & alii etiam illius auditores, quare decipitur humanum genus cum gloriā quærerit ex LITERIS, celebremq;
 apud homines de se existimationem,
 quando

quando tantum abest ut id assequatur , ut
 s̄apē etiam ob ea ipsa inventa quibus nan-
 cisci eam credit, apud multos impenissi-
 mē castigationem & flagella patiatur. Cre-
 diderim ego divina hoc providentia per-
 missum , ut id vitium in quod facilimūs
 esset lapsus iis incommodis sepiretur , &
 detractoribus ipsis quasi melosis latrato-
 ribus stiparetur. Qui semper quoties-
 cunque nobis occasio ad incurriendam
 decipulam præstatur, nostræ nos infirmi-
 tatis admonerent. Baubatus plurimos
 circumfundentes invitantesque quasi di-
 xeris ex accidenti, ut ex literario negotio
 adseiscere nobis ea procurem⁹ præcepta,
 quæ invidiæ morsus effugiant, & falsæ o-
 pinionis repugnantiam minimè reformi-
 dent; hoc est ut cunctas actiones & opera,
 sicuti & in aliis rebus , ita & in literis per-
 petrata D E O donemus, ut nos & alios
 pro virili instruamus , nec quid de nobis
 fentiatur postea curemus, & tam humanâ
 quam divinâ philosophia ad ejus agnitio-
 nem capessendam consequendumq; ejus
 amorem utamur. Hacken⁹ de gloriæ literariæ i-
 nnanitate optimus doctissimusq; Mirandulanus,
 qui

qui clarissimè ostendit quam turpiter hallucinentur gloriam quærentes, quam nemo veram invenerit, qui sollicitè investigaverit, sed potius amiserit diu jmultumque quæsitam. Illa' commemorata à Pico gloriæ Numinis, quæ tota stupuit antiquitas, stupebitque posteritas, quid aliud quam nomina, velut ossa gloriæ reliquerunt? Solum est eorum, *fuisse*, solum noscimus *transisse*. Ultinam eorum exemplis edocti ipsi Reipub. Literariæ Antistites, nihil minus curarent, quam inanem minimique faciendam nominis celebritatem, ne vatem experiantur fuisse poëtam qui illud cecinit.

Curis plenus eris, si vis ut glorificeris.

Atque ut tantò vilius ab eis pendatur laus existimatioque humana, vel sola ejus brevitas efficiat, loci que & temporis quo circumscribitur angustia, punctum est Orbis in quo literati degunt, quid angustius; momentum est quo vivunt, quid contractius? cur in tam modico & loci & temporis spatio immodecè adeò laborent & nihil non agant pro re nihil? Quot in illo ipso quo vivunt loco sunt qui ignorent, cuiusmodi doctrinæ ipsi polleant thesauris, quo munere fungantur, imò quo appellantur nomine? Ast quo longius ab urbe progredientur, tanto obscuriorē famam suam esse intelligent, cumque arcta adeò sint ejus pomœria, (quæ interdum vix patriæ suburbia egrediuntur,) de vita integritate potius, quam nominis claritate consequendā eruditī si modò vere sapiant, apprimè sint solliciti.

IX. Quot verò doctorum hominum myriades virtute neglecta gloriæ hactenus inhia-
vère inanitati! quot vanæ illius opinionis labeturpiter fuère polluti, quā veteres CENODO-
XIAM nuncuparunt, & cui Cassianus haud abs-
te septimum inter Capitalia vitia locum-
duxit assignandum; quoniam sc. ut ipse optimè monuit, maximam habeat affinitatem &

Cassian. peculiarem quandam connexionem cum superbia, quæ postremo ponatur loco, ut sævis-
collat. 5.

cap. 12. & sima & superioribus cunctis immanior bestia.

Libr. II. *Cenodoxie enīmo* (notanter scribit Cassianus)

Instit. 6. 1. *exuberantia superbia fomitem parit.* Similiterque

Job. Cli- Joh. Climacus suæ scalæ grādu XXI. de Ce-

macus nodoxia differens, eam principalibus vitijs ve-

Scal. luti propriam superbiæ sobolem, ipso Grego-

grad. 21. rio præeunte adnumerandam esse existimavit,

Gregor. typo sive exemplo quodam insigni id ipsum il-

Lib. xxxi. lustrans, atque senem quendam eruditum, in-

Moral. que spirituali conflictu non malè versatum ita

cap. 31. loquentem inducens: *Cum federem*, inquit,

in catu quodam advenientes ad me Cenodo-

xia & Superbia Demones juxtam ex utra-

que parte federunt, & unus ex his quidem di-

gitos suo pulsavit latus meum, hortans ut ali-

quid quod ad contemplationem persineret, si-

ve opus quoddam in deserto gestum loquerer.

Quem cum à me expulissim dicens; Conver-

tantur retrorsum & erubescant qui mala co-

gitant

gitant mihi ; protinus is qui à sinistris erat, ad aurem mihi dixit, Eja benè fecisti, magnusq; effectus es; quippe qui impudentissimam matrem meam viceris, ad quem ego sequentes versus assumens: Avertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi eja benè fecisti. Utinam ad viri hujus egregii exemplum omnes Christiani Doctores periculum illum Diaboli laqueum (gloriæ nimirum inanis pruritum) evitarent, & à veræ Christianæque demissionis via non adeò frequenter turpiterque declinarent! Utinam juxta præclarum Pauli monitum nihil per concensionem, neg. *Phil. II.* per inanem gloriam (xerodoξίας) agerent, nec (ut alibi loquitur) ejus efficerentur cupidi. *Gal. V.* Non ipsa quidem gloria, aut insignis virtutum dotumque cœlesti munere ac beneficio concessarum & collatarum estimatio ipsis vertetur vitio, sed immodicus duntaxat gloriæ appetitus, inanisque de semetipsis opinio culpam habet, Deumque semper experitur hostem capitalem. Atque ut vitij hujus abominabilis natura & ratio penitus cognoscatur, probè notanda est quatuor honorum honorariorum (ut ita loquamur) differentia; licet enim illa inter se multum sint affinia, vulgoque putentur promiscua, diligentius tamen exactiusq; ab invicem sunt distinguenda, FAMAM dico, LALDEM, HONOREM & GLORIAM; FAMA;

340 COMMENT. III. DE LIT. CENODOXIA.

enim est multorum existimatio rumorq; de erudi-
tati alicujus doctrinâ & moribus; HONOR
testificatio quædam est excellentiæ, seu reveren-
tiæ cujusdam in testimoniu virtutis sapientiæ-
que exhibitio: LAUDE fit excellentiæ perfectio-
nisque privata quædam manifestatio: GLO-

*Cic. lib.
II. de in-
venit.*

RIA denique est CLARA (ut Cicero loqui-
tur) sive publica cum laude notitia, vel solen-
nis ac frequens bonorum alicujus donorumque
deprædicatio. Hanc si quis eruditus inordi-
nato flagitet appetitu, tunc à rectæ rationis
ordine fit alienus, & à præscripto verbi divini
tenore devius, quin imo reus tandem criminis
laesæ divinæ sempiternæque majestatis, cum
scil. flagrans illud gloriæ desiderium non in
debitum finem puta DEI honorem proximiæque
salutem referat, sed propriæ excellentiæ scien-
tiæque apud alios manifestationem, quæ vanæ
gloriæ cupiditas tum à SUPERBIA differt,
tum ab AMBITIONE [vitiis eruditorum ho-
minum decantatissimis] quamvis ijsdem val-
de affinis & conjuncta videatur. SUPER-
BIA nimirum ipsam affectat excellentiam;
AMBITIO altiores honorum, officiorum di-
gnitatumque gradus; CENODOXIA vero
de laudis gloriæque apud alios manifestacione
divulgationeque unicè est sollicita, culpæque
capitalis rationem [ut antea ostendimus] in-
de habet, quod veluti parens materque sit plu-
rimorum vitiorum, quæ ex ipsâ tanquam pe-
stiferâ & virulentâ radice nascuntur.

IX. Sin-



IX. Singularem insuper meretur observationem, quod hunc pectorum eruditissimorum morbum sive gloriæ excellentiæque propriæ revelationem Veteres non vanam solùm & inanem, verum etiam *MULTIFOR-MEM ac variam* dixerint. Et quam varius quam multiplex sit pestilens ille affectus, haud rectius intelligimus, quam si ejus tum PROPRIETATES, tum tristes horribilesque EFFECTUS nobis ad animum revocemus.

Illas quidem egregiè supra laudatus Cassianus *Cassian.* recensuit, eleganterque ostendit, quibus potis- *toto Lib.* simum signis & proprietatibus Cenodoxia ab *XI. Inßit* aliis vitiis distinguatur, præque illis peculia- rem habeat malitiæ notam, quas hic compen- dio collectas (utinam doctorum eo morbo labo- rantium bono ac emolumento!) proponamus: Primam facileque palmariam Cenodoxiæ pro- prietatem statuit subtilitatem ejus seu falla- ciam, cum virtutibus etiam donisque summis permixta difficulter à perspicacissimis agno- scatur & caveatur. *Septimum (ait) nobis IX.* *certamen est contra Spiritum Cenodoxie mul-*
tiformem varium ac subtilem, ita ut quibus-
libet perspicacissimis oculis non dicam cave-
ri, sed pervideri, deprehendiq; vix possit.
 Secunda, varietas est & multiformis tentatio; utpote in omni genere virtutum, actionum, studiorum, laborum exercitiorum ab eruditio-

Cap. III homine susceptorum : Undiq^{ue}, enim, ait Caslian⁹,
IV. & V. & ex omni occurrit parte ; Nam & in habi-
tu & in opere, in lectione, in scientia, in
humilitate, in longanimitate & c^r vulnerare
conatur, & velut quidam perniciosissimus
scorulus iumentibus undis obiectus impro-
visum ac miserabile naufragium secundo
navigantibus vento, dum non cabetur, nec
Cap. VI prævedetur, importat. Tertio importunita-
& *VIII.* tem hujus mali incusavit, quâ etiam fugientes
certantesq; persequatur ; Cum sc. alia inter-
dum vitia etiam locorum beneficio conque-
scant, & occasione subtractâ lentescere so-
leant & minui ; hoc cum fugiente etiam
penetret deserta, nec materia subtractâ velit
marcescere. Quartum ejus dixit procacitatem,
quoniam vⁱc^tores suos acrius insectari non du-
Cap. VII. bitet : Dejectum hoc vitium acrius resurgit
ad luctam, & cum putatur extinctum, sua
morte vivacius convalescit, cetera genera
vitiorum eos tantum impugnare solent, quos
in certamine superarint ; hoc verò suos vi-
ctores acrius insectatur ; quantoq^{ue} fuerit
validius elisum, tanto vehementius vⁱc^to-
ria ipsius elatione congreditur. Quinta juxta
Cass. Cenodoxia proprietas est longævitas,

seu

seu perpetuitas , cum nec ætate nec senio defervescat : Cetera processu temporis sapè molliuntur vitia , atq; evanescunt ; huic longavitas , nisi fuerit industria solerti ac prudenti discretione fundata , non solum non officit , verum etiam majora vanitatis fo-
menta congerere novit. Sexta denique & ultima est violentia , qua etiam optimos & in vir-
tutis palæstra exercitatissimos viros subinde-
supplantat atque elidit . Ita namq; (notan-
ter scribit Cas.) Ezechiam Regem Iuda Vi-
rum in omnibus consummata justitia &
Sanctorum Scripturarum testimonio com-
probatum , post innumera virtutum praaco-
nia , uno elationis vaneq; gloriae telo legimus
fuisse dejectum , & qui internacionem cen-
tum octoginta quinq; millium de exercitu
Assyriorum angelo sub nocte vastante , una
prece valuit impetrare , vanitatis gloria-
tione superatur . Ozias etiam hujus quem
commemoravimus Regis Atavus in omni-
bus scriptura testimonio collaudatus , post in-
gentia virtutum suarum praconia , post innu-
meros triumphos , disce qualiter sit vana II. Paral.
gloria elatione dejectus . Etegressum est no- 26,
men Ozias , propter quod auxiliaretur ei Do-

*minus, & corroborasset illam, & cum robo-
ratus esset, elevatum est cor ejus in interi-
tum suum, & neglexit Dominum DEUM
suum. Cernis aliud ruine gravissima exem-
plum? Dum enim Ozias ille Sacerdotum sibi
usurpare officium voluit, inque Templo odores
incendit, confessim leprosus factus est, faciesq;
ejus leprâ in Templo Domini obducta. Unde
videtis, concludit Cassianus, quam perniciose re-
rum secundarum soleant esse successus. ita ut qui
non potuerunt adversis frangit; prosperis, si in-
cauti fuerint, acrius elidantur, & qui in con-
flictu atque acie mortis evaserunt discrimina,
trophæis propriis triumphisque, vanæ nimi-
rum & inanis gloriæ gladio violentiaque tan-
dem succumbant.*

X. Alii insuper sunt Cenodoxiæ nefariæ
EFFEKTUS, longeque periculosiores astu-
tiſſimi hujus infernalisque serpentis morsus,
quorum singuli eruditum quemlibet à vanæ
inanisque gloriæ studio ac amore revocare de-
berent. *Ut enim (ita præclarè ad populum An-*
*Jo. Chry-
soft. Hom.
XLIII.
Ant. Pop.* *tioch. olim Joh. Chrysostom⁹ dixit) servi quidam*
venti in tranquillum mare delati totum ab
imo subruunt, ut & arena cum undis mi-
sceatur; sic excusat mentis impetum gloriæ
furor, nam pecunias quidem contemnere vo-
lenti fatis est facile, honorem autem à mal-
tis

*tis collatum despicere multi laboris indi-
get, magna sapientia. Non est enim vitium
ita tyrannicum & ubique dominans, &c. Basilius.* in
Similiterque Magnus ille Basilius inanis gloriæ constit.
tristes horrendosque effectus recensere insti- mons. II.
tuens, illam vocavit dulcem spiritualium ope-
rum spoliatrixem, jucundum item animarum
nostrarum hostem, tineam virtutum, blandis-
simam bonorum nostrorum deprædatricem, &
mortiferi hominum mentibus poculi porre-
stricem salutavit. Quibus aptè respondent,
quæ de iisdem Cenodoxiæ pestiferis fructibus Jo. Cli-
Jo. Climacus tradidit: *Cenodoxia est opri-mac-
morum laborum dissipatio, perditio studio-gradu-
rum, thesaurorum insidia, in portu naufra-gium, in areâ formica, quæ et si tenuis est,
laboribus omnibus & fructibus insidiatur:
Expectas formica dum perficiatur triticum;
Cenodoxia verò dum congregentur opes;
gaudet illa ut furetur; hac autem ut dissipet;
gaudet desperationis spiritus, cum videt
multiplicari vitia: Cenodoxia verò cum
virtutes multiplicari videt, ut vanam sc. et
iis capiat commendationem, ideoque tanto
atrocius inopinatos & incautos decipit, qua-
to callidius in externis actionibus virtutes ipsius
refert ac imitatur. Excutienda igitur Homini*

eruditio atq; virtutis gloriæque veræ & sincerae
cupido omni virium conatu pessima illa animi
ægritudo quam Cenodoxiam dixere veteres, nos turpissimæ idololatriæ speciem supra
nuncupavimus ; Hæc inquam à viro docto eo
planè studio ac heroico fere expellenda est co-
natus, quo olim prima Deorum fana cum simu-
lacris arisq; suis quidam supremi Numinis
amore afflati funditus sustulerunt, atque re-
jectis foedissimi cultus inquinamentis ad san-
ctiora sacra sese traduxerunt. Nimirum scitè
dicta, doctè scripta, & rectè facta sua eruditii ad
conscientiam & SS. Numinis honorem, non
ad inanem referant gloriam, atque supremum
optimumq; non in hâc, sed in illo quærant
præmium. DEUS equidem reverà est unicus
& æquus virtutis arbiter, cuius unius judicium
de rectè factis exquiret quisquis sapit, neglecto
humano tam multipliciter corrupto & depra-
vato.

Chrysost. hom III. de verbis Esaiæ sub initium laudato Ozia qui egreditur quod rectum est in DEI conspectu) *Quid Esaiæ facis homo? Alii redditurus es rationem
factorum tuorum, & alium testimonia citas eorum que facis? Alium habes judicem, &
alium adhibes spectatorem? Tu cum videas
Angelorum Regem tuo cursui agnothetam h.e.
certaminis judicem & præmiatorem præsi-
dere*

dere, eo pratermissō ad conservorum fugis
oculos? At q̄ idē sānē post innumerās luctas,
incoropatus recedis, post sudores plurimos
absque brabeis venis ad ignorāthetam. Quem-
admodum qui sincero intimoq̄ amore puel-
lam deperit, non testes & arbitros complexum
famamq̄ inde desiderat, sed suavissimo amo-
ris fructu contentus gaudet in sinu; sic eru-
ditus multum in veræ virtutis profecit studio,
si illam ad D E I solius amorem honoremq̄
potius, quam plausūs inanis, famæq̄ fallacis
referat acquisitionem. Quantoperè olim amore
fluxæ gloriæ laborarit Augustinus, ipse postea ^{August.}
divinæ gratiæ radiis collustratus in suis ^{I.I. Conf.}
fess. ad h. m. exposuit. *Obtemperabam monen-* ^{cap. 9.}
tibus ut in hoc seculo florarem, & excellerem
linguis artibus ad honorem hominum & fal-
sas divitias simulantibus. Inde ad Scholas
datuſ ſum, ut diſcerem literas, in quibus quid
utilitatis eſſet, ignorabam miſer, & tamen
ſi ſegniſ in diſcendo eſſem, uapulabam. Ean-
demque miſeriam ulterius vehementiusque
deploraturus, Horum ergo inquit puer mo- ^{Ibid. 8. 19.}
rum in limine jacebam miſer & bujus arena
palestra erat illa, ubi magis timebam barba-
rismum facere, quam cavebam, ſi facerem,
non facientibus hac invidere -- In quo etiam
ludo

Indo fraudulentas victorias, ipse vana EXCELLENTIÆ cupiditate vicitus sapè aucupabar. En ingenuā felicissimi hujus literati confessionem, en verè pœnitentis Doctoris exemplar fulgentissimum! Languescet facile in illius pectore gloriae cupido, qui non sibi, non aliis, sed D E O unicè placere desiderat. *Magna sanè vanitatis est [ait nonnemo] aliorum magis testimonis, quam interno (addimus divino) acquiescere iudicio, cœcitatis verò hoc non inspicere, recordioris autem superbia, meritam quoq; gloriam non ad D E U M referre.* Cujus pravitatis verò est ut aliis placeas, conscientia, id est Tibi & virtuti displicere malle? Deniq; insania cuius, summam boni in gloria ponere, id est extra se animumque suum projicere & ut sic dicam spargere in auras? Quid spissis gentilis philosophiae tenebris obnuptus Seneca? Nihil opinionis, [ajebat] omnia conscientia causâ faciam; populo spectante fieri credam, quidquid me conscio faciam.

Ast de vulgo eruditorum verè & notanter Plinius; Multi (inquit) famam, pauci conscientiam verensur. Quod ipsum accuratius paulò perpendens Magnus ille Episcopus Hipponensis, non minus turpiter virtutem servire gloriae, quam voluptati, egregiè eleganterque demonstravit, quia scil. destinat virtus esse, aut certè

*Seneca
de Vita
Beata.*

*August.
Lib. IV. de
Civ. DEI
s. 20.*

certè à nobilitate suâ degeneret, si non illi militet, à quo inspiratur, ad nobilissimum finem,
 D E U M nimirum ipsum respiciens atque adspirans, cui volens lubensque gloriam omnem
 ut auctori refundat. Nec minus notanter *Idem L. c. 1.*
 Augustinus observavit cupidinem gloriae hoc *Lib. V.*
 ipso in umbrare vitium suum, quod fœdiora *cap. 13.*
 vitia refrenet sollicitudine promerendi tenu-
 dique judicia bonorum; atq; sine hujus socie-
 tate affectus cupiditatē imperii in omnem
 flagitiorum licentiam prorumpere, quā in po-
 tiendo illo, quā in exercendo. Addit, quia ipsos *Cap. 14.*
 proficientium animos etiam affectus ille laces-
 sit, ab illis hoc saltem fine cohiberi, ut supere-
 tur amore officii, nunquam sc. deserendi vel
 perversiendi ob quorundam adeoque omnium
 vel perversa judicia vel neglectum; vult deinde
 ut docti non pro laudantiū affectu vel adulan-
 tium impostura se metiantur: sed excitentur au-
 ra illa ad industriam, non inflentur ad super-
 biam, aut eleventur in fastum. Insignem sanè
 magnus ille Aurelius egerat inanis gloriae con-
 temptorem, nihil suæ industriae, nihil inge-
 nio, labori, arbitrio tribuendo, certus omnino
 num perfectum desursum à Patre lumen esse,
 & gratiā DEI sibi obtigisse quicquid undiquaq;
 boni haberet. Humiliusq; hujusmodi confes-
 sionis plena sunt scripta illius plurima, maximè
 libri Confessionum, eaq; opera quibus Pelagia-
 torum superbiam virtute sapientiae à DEO sibi
 con-

concreditæ debellavit. Scripserat ad eum aliquando Macedonius Vir in seculo quondam clarissimus; *Mirò modo afficior tua sapientia, & in illis qua edidisti, & in his qua interveniens pro sollicitis mittere non gravis: nam & illa tantum habent acuminis, scientie, sanctitatis ut nihil supra sit.*

*Conf. E-
pist. Au-
gust. LI.
& LII.*

Quid verò adhæc Magnus eruditione, major humilitate Augustinus? Veram (respondit) sapientiam in vero veri D E I cultu sitam esse. Ex ista (pergit) sapientia, quæ una & vera est, si quid habeo, à D E O sumsi, non à me præsumsi, atque ab illo in me perfici fideliter spero, à quo inchoatum esse humiliter gaudeo -- Non enim meo vel ingenio, vel merito, sed ej⁹ dono sum, si quid laudabiliter sum. *Nam quadam acutissimā & excellentissimā ingenia tanto in maiores errores ierunt, quanto præfidentius tanquam suis viribus cucurrerunt.* Hinc etiam ad omne bonum, in omni bono, post omne bonum Augustinus ad D E U M bonorum omnium auctorem, directorem & conservatorem solidissima humilitate confugit;

August. Ut potui [dixit aliquando] difficultiam qua-
*Serm. XI. stionem, si tamen aliquatenus potui Domino de Verbo. miserante atq; adiuvante tractavi, quicquid Domini. tamen in ejus difficultate apprehendere non valui, non imputetur ipsi veritati, quæ salu-
briter*

briter pios, etiam cum occultatur exercet, sed infirmitati meæ, qui vel intelligenda conspicere, vel intellecta explicare non potus. En Viri eruditæ ex gloriæ inanis contemptu verè felicis fulgentissimum exemplar! En DEO O. M. sacrati hominis præclaram imaginem! Hanc si probè intueatur ac imitetur literatus, haud facile inanis gloriæ fuco decipietur, sed laudis potius gloriæque perennis coronâ ornabitur.

XI. Ad tantæ verò felicitatis apicē tendenti Literato non solùm probè considerandum, sed supponendū etiam est, quod à non emine optime notatū fuit atq; inculcatum; argumentum imperfecti in aliquo boni esse, si illud agnoscet ab aliis p I.e. 18. & commendari cupiat. Quicunque enim decus aliquod & ornamentum imperfectè obtinent, ardentius & studiosius inde captant laudem, quam qui perfectè eo potiuntur, sicuti mulieres imperfectioribus bonis præditæ, multò magis appetunt commendari; & imperiti, qui vix extimis labris bonas literas degustarunt, nihil non didicisse sibi videntur, proptereaq; volunt ab omnibus scientiæ nomine suspici & in honore esse. Solidè verò docti ac reverè scientes cum inveniant in se ipsis cumulati gaudii materiam, de alienâ commendatione non sunt solliciti. Hoc inquam supposito, nemo non videt quam futile sit captare alienâ commendationem, eamque ab aliis ultrò delatam magnifice-

re,

re, quandoquidem hoc manifestissimum argumentum indebitæ est commendationis, nec satius explorata nobis exilitatis nostræ ac tenuitatis, quam si perspectam ritè haberemus, nequaquam efferemur, & ab aliis suspici induceremus in animum. Huc recidit alibi à nobis laudata Dionis Chrysostomi oratio, quâ animi à depravato vulgi judicio pendentis inanitatem & fatuitatem egregiè exagitavit, pariter ac alter Chrysostomus laudes humanas gracilorum voces, muscarum & culicum stridores nominavit, & cum pulchriè immensum aperuissest dispendium, quod is subeat, qui gloriam humanam aucupetur, non alio fructu quam quod hominibus placeat, & à populo laudetur; notanter insuper quæsivisset quid tandem sit populus cuius causa homo tanta sustinere & aggredi deligat? optimè statuit *populum esse quiddam tumultus perturbationisq; plenum, ex stultitia majori ex parte constans atq; compositum, temerè super maris fluctus varia & pugnante sententia se penumero jactatum;* magis probroso modo laudatus Dio, multitudinem populi *tangnam fiumum profundum esse dixit, ex variis sororibus in Orat. 32. unum coacervatum,* ejus verò voces corvorum gracilorumque garritui comparare non dubitavit: *Si & avium [ait] voces intelligeremus, nempe corvorum, gracilorum atq; aliorum animalium, nempe ranarum aut cicadarum, haud dubio & horum vocibus animos adverteremus, quid nam*

Dio

Chrys.

Orat. 32.

Idem O-

rat. 66.

nam de nobis diceret graculus volans aut pica, & quam de nobis haberent opinionem? Felicitas ergo quadam est. quod non intelligimus. Quot verò homines ranis sunt insipientiores & gracilis? Nec minus egregie de eādem humanæ vulgarisque laudis despicientia quondam philosophatus est Antoninus, plurima & scitu & observatu dignissima tradens; Ut et tibi [inquit] elegan- Antoniu-
tior videtur, is qui plaudentium fugit laudem, nus l. 8.
an illi qui neg, ubi, neq, qui sine cognoscunt? Laus- de vita
dari cupis ab homine, qui seipsum spatio unitus hora sua num-
ter execratur & placere vis homini, qui neg, sibi qui- 45.
dem ipse probatur. Nisi si probeatur sibi ipsi, qui fe-
rè omnium eorum qua egerit pénitentia corripitur.
Et paulo post: Disce præsens tempus tibi ipsi gra-
tificari. Qui commendationem posteritatis magis
curant, non reputant eos horum similes futuros,
quos nunc agerent, atque ipsi etiam morta-
les. Porro quid omnino tua interest, si talibus
iū vocibus te cantent, aut ita de Te sentiant?
Præclarè rursus idem Antoninus; Homi-
num opiniones de gloria intuere quales sint, quid Ibid. n.
propositum habeant, quid fugiant. Utq, in litore 30.
maris, arena cumuli alii super alios appalsti, priores
occultant, ita in vita quoq, priora à subsequentibus Ib. lib. 7.
celeriter absconduntur. Denique quanti faci. num. 30.
endum sit bonum tam fluxum tamque breve,
laus nimirum gloriaque inanis, variis locis Lib. IV.
idem scriptor indicavit: Sic l. 4. Usitata quon- n. 28.
dam vocabula [inquit] nunc interpretationis lo-

eo sunt : ita & eorum qui fuerint olim celeberrimi nunc quodammodo sunt glossa, ut Camillus, Cæso, Volesus, Leonatus, tum paulo post Scipio, Cato, inde Augustus, Adrianus, Antoninus. Omnia autem hac evanida sunt, & mox in fabulam abeunt, mox obliuione omnia obruuntur. At q̄, hoc dico de iis qui ad miraculum usq; clari erant. Reliqui enim simul at q̄ animam efflarunt obscuri & ignoti facti sunt. Quanquam quis est omnino, cuius sit memoria sempiterna? omnia sunt inania. - Quam multi

Lib. 7.
n. 5.

quondam fuere celebres, quorum nunc fama est obliuioni tradita? quam multi etiam horum qui istos celebrarunt è medio sunt sublati.

Lib. 8.
n. 19.

Melius alibi : Brevis vita est & laudantis, & ejus qui laudatur, ejus qui mentionem facit, & ejus cuius mentio fit, praterea fit hoc in angulo portionis mundi, ac neq; ibi quidem omnes consentiunt, imò ne sibi quidem ipsi quisquam.

Lib. 9.
n. 24.

Tota verò terra punctum est. Tandem, considera (ait Antoninus) etiam vitam eorum, qui ante Te & post Te vivent : horum etiam, qui hodie apud barbaros vivunt, quam multi eorum ne

nomen quidem tuum sciant, multi statim obli-

*obliviscentur, multi cum Te nunc laudent,
statim sunt culpaturi, deniq; quam res nulli-
us momenti sit memoria aut gloria, aut aliquid
tale &c.* Hæc aliaq; plura de fluxa munda-
næ gloriæ vanitate Antoninus, magnam par-
tem ex ante laudato Dione Chrysostomo (quo
magistro gloriatur,) hausta atque derivata, qui
oratione peculiari ostendit, quantoperè & illi
[literati] desipiant, qui gloriæ tam instabilis
firmitatem & perennitatem ex titulis statuisque
mox diruendis quærere non dubitant, quam-
que inconsultè nominis perpetuationi per hu-
jusmodi media prospiciatur. Hinc sapientis-
simè Epictetus serioque admonuit, eos de sta- *Epictetus*
tione sua jam jam dejectos esse, qui laudem a- *Enchir.*
liorum bonamque captent existimationem, id e. 30.
unicuique satis esse debere, ut sibi ipsi Vir bo-
nus appareat, neglectis aliorum de se *Judiciis*,
omniisque inani vanaque posthabitâ commen-
datione.

XII. Ut verò tantò facilius eruditè egregiam
hanc verè felicium sortem consequantur certa
famæ immortalitatem capessentes, necesse est ut
clriorib⁹ virtutis solidæ radiis collustrati, cim-
merias inanis gloriæ tenebras refugiant, nec
non optima quæque adversus execrabilem il-
lam pestem applicent remedia, Doctorum de-
nique de hoste illo nequissimo bellè trium-
phantium exempla frequenter sibi revocent ad

A a 3 ani-

animum, quæ inter clarissimum modo laudati est Augustini, qui de se ipso verba alicubi feicit sequentia : *Contristor aliquando laudibus meis, cum vel ea laudantur in me, in quibus ipse mihi displaceo, vel etiam bona minora, & levia plura estimantur, quam estimanda sunt.* Et rursus : *Tu nosti o Domine de hac regemiture cordis mei, & flumina oculorum meorum;*
neque enim facile colligo, quam sim ab ista peste mundatior, & multum timeo occulta mea, quæ norunt oculi tui, mei autem non.
Est enim qualiscunq; in aliis generibus tentationum mihi facultas explorandi me, in hoc penè nulla est. Unde satis apparet optimū adversus cenodoxiæ pestem remedium seu pharmacū esse August. christianum sui contemptum, orationi ferventi. l. 5. de C. tiori serioque cordis examini sociatum. Sa- D. c 20. nè si prudens literator planissimè sibi persuadet, dicta sua scripta & cogitata non talia plerumque esse qualia videantur hominibus, facile sibi ab inanis gloriæ blandimentis cavebit. *Humana etenim [ut insignis ille Ecclesiæ Doctor August. præclarè ait] gloria inflata est, & multum inanitatis habet, unde non ei dignè servit soliditas quadam firmitasq; virtutam,* ut nihil provideat prudentia, nihil distribuat justitia, nihil toleret fortitudo, nihil temperantia moderetur, nisi unde placeatur bominibus

minibus & ventosa gloria serviatur. Nec illi se ab ista defendent fœditate, qui cum aliena spernant judicia, velut gloria contemprores sibi sapientes videntur & sibi placent. Nam eorum virtus (si tamen ulla est) alio modo quodam humana subditur laudi, neque enim ipse qui sibi placet homo non est. Qui autem vera pietate in DEUM quem diligit, credit, & sperat, plus intendit in ea in quibus sibi displicet, quam in ea si qua in illo sunt, que non tam ipsi, quam veritati placent.

Sic optimè Augustinus longam anteriorum capitum adversus studium humanæ laudis disputationem conclusit. Nec minus præclarè magnus ille Cenodoxiæ hostis Cassianus statuit nos huncce nequissimi spiritus laqueum tunc facile evasuros, si in singulis quibus nos profecisse senserimus, illud Apostolicum dixerimus:

Non ego sed Gratia DEI mecum, & gratia DEI sum id quod sum &c. Tres insuper alios eosque singulares modos evadendi diabolicos istos laqueos, eruditis, præfertim D E O sacratis hominibus Cassianus commendavit, primò vide-
 licet ut submittant se, & quasi subrepant humilitatis sinceræ exercitio, dein ut conculcent ista retia satanica per abstinentiam ab officiis atque muneribus magis speciosis, exemplo Apostoli, qui cum possideret donum lingvarum,

Cassianus
lib. XII.
Instit. 6.

9.

eo tamen non sit usus. *Cur?* [quæsivit olim

Jo. Chry. Chrysostomus,] non quod non haberet, sed quod
sost. Ho. quereret que sunt utiliora, erat enim liber ab e-
mil. 35. mni inani gloria, & unum spectabat ut meliores
ad pop. redderet auditores. Quod si verò fieri submit-
Ant. tendo nec calcando infernales hosce laqueos

evadere queamus, ut perrumpamus ac dissipemus eos per verbum DEI Cassianus monuit, omnesque perituræ laudis ac gloriæ fugiamus occasiones, ipfius quidem Salvatoris exemplo edocti, qui toto vitæ genere id est professus,

Job. IIX. quod etiam dixit : *Ego non quero gloriari meam.* Vixerat ut fabri filius mundi fabricator, ignominiosissimum mortis genus ipse gloriæ splendor elegerat, & cum ad eum reversi discipuli cum gudio renunciarent : *Domine etiam demonia subjiciuntur nobis*, eorum jactantiam horribili dicto simul & exemplo compescuit :

Luc. X. Videbam [ait] Satanam sicut fulgur de cœlo ca-
 dentem ; & indignabundis ex spiritu ambitio-
 nis discipulis vocem hanc memorabilem re-
 gessit. *Qui vulnera inter vos primus esse, erit ve-
 ster seruus.* Non magnum denique ne dum
 summum in gloria bonum defigant erudit, ne-
 que fallaci illa præsumtione supremam defini-

*Tulde-
 nus l.c.* art beatitudinē. *Quid nos enim magnopere* [lau-
 Lib. IV. datus ait Tuldenus] memoria nostri juvabit, non
p. 280. conspirante conscientia, quid aliorum magnificus
 de nobis sensus, si non consentimus ? an magis quam
 facium spectacula, ant surdum symphoniam dele-
 etans ?

Etant? Felicem [hâc in parte] literatum Lipſium fuisse conſtat, utpote qui ad Amicorum J. Lepſi- quendam ſcribere non dubitaverit: *Lunam me us Cent.* non Solem profiteor, tenui luce, nec pura, immo V. Epift. nec propria lucere; & multa à veteribus, o- 40.
mnia à DEO habere. Et rursus: *Ampla* *Cent. V.*
illa non agnosco: *DEUS ille Delficus vete-* *Epift.*
ri monito aurem vellit, & me ad me mittit. 54. *Epift.*
Novi me pergit, & impurum illud aut im- *Epift.*
becillum in me hominis: & ut Junonia avis, 49.
cum plumas adspexi, ad pedes oculos demitto.

Ita Lipsius, longe prudentior atque sapientior Plinio, qui ei duntaxat veram ausus est vindicare beatitudinem, quem blanda nec fallax opinio bonæ & perennaturæ famæ foveat, tanquam hic viuis etiam mortalitatem transcen- derit; ô fucum, ô fumum, ô vanitatem! *Sicut* *Aug. I.*
enim [scitè & appositè ait Augustinus] *non est* *XIX. de*
est à carne, sed supra carnem, quod car- *C. D. c.*
nem facit vivere; sic non est ab homine, *25.*
sed super hominem, quod hominem facit be-
atè vivere. Hæc & nobiliorum è veteribus Philosophorum fuit ſententia, quâ veræ ſapien- tiae originem non ſolum à DEO repetendam, verum finem etiam in DEUM unicè referen- dam esse statuerunt. Ex quorum etiam placi- *Lepf.*
tis Belgicus ille Sophus, sum homo inquit, sum Cent. Ed.
ab humo, in eam ibo; & fama ipsa me a hand *pift. 56.*

latè vagata circa hanc peribit. Dum su-
mus tamen hic, s'vave est altius & melius a-
liquid agere, & (quod bonum Stoici propriè
censebant,) prodesse. Nemo equidem du-
bitaverit, melioris indolis specimen esse glo-
riæ flagrantem cupidinem, quæ ipsa multum
industriae requirat, nec ignavos, degeneres at-
que effeminatos literatos esse sinat. Verum
in hoc qualicunque felicitatis gradu neuti-
quam persistendum, sed potius ad veræ sempit-
ternæque gloriæ apicem assurgendum esse mo-
net sanctior puriorque Philosophia, ac divo
Aurelio interprete eam duntaxat veram sapien-
Lib. xix. tiam esse pronunciat, que in illum finem di-
cē D. rigatur, ubi DEUS omnia erit in omnibus a-
e. 20. ternitate certa, atque paco perfecta; in il-
lum finem, à quo nobis sit principium naturæ
Id. Lib. & veritas doctrina, & felicitas vita.
IX. c. 9
XIII. Quemadmodum vero eruditis o-
mniibus ad veram aspirantibus felicitatem ope-
ra danda est strenua, ne à fine isto scopoque sa-
*lutari unquam aberrent; ita cumprimis **DEI***
ET ECCLESIAE MINISTERIO SA-
***CRATIS HOMINIBUS** cavendum sedu-*
dulò, ne vanæ & inanis gloriæ imagine capian-
tur, nec laudes magnas aut plausus efflagitent
inanæ, quin potius eos omni declinent inge-
nio, bona mentis non quidem prorsus abscon-
dant,

dant, sed nec ambitiosè venditeat, minimèque propter ea se se præferant cæteris, atque solius DEI gloriam unicè respicientes, sollicitè ca- veant, ne ulla honoris secularis cupidus vel sa- cra tractantes invadat, vel causam fidei & reli- gionis agentes extimulet. Laudabili exemplo cunctis Ecclesiæ Doctoribus Magnus prævit Chrysostom⁹, miroq; studio illum (etiam sibi insidiantem) satanæ angelum profligavit. Ete- nimirum cum is uno omnium ore esset celebratus, ac sæpè inter dicendum honorificis acclama- tionibus plausibusque ab audiente populo ex- ceptus, tantum abest ut iis unquam fuerit de- lectatus, ut potius theatraicos istos plausus (tunc in Ecclesia receptos) omnino tollere laborarit, & anxiè ab aliis expertitas captatasque laudum publicarum formulas ut noxias prohibere con- stituerit : *Credue mihi.* [ad hunc modum do- Jo. Chry-
norum suorum ebuccinatores aliquando com- fust. ho-
pellavit] *vera dico, dum mihi applauditur in Acta mil. 30.*
dicenti, per ipsum quidem tempus humanum Apost.
aliquid patior, (cur enim non verum fatear)
postquam domum ingressus, plausores nihil
adjutos esse cogitavero, & si quid profecisse
debebant, per plausum & laudes amisisse, do-
leo, gemo & lugeo -- Et frequenter legem
ponere cogitavi, qua plausus prohiberet, &
cum silentio congruaque tranquillitate nos
audire persuaderet. Quemadmodum etiam Ma-

gnus Augustinus ad suos quondam encomia-August. stas; Laudatis, dicebat, DEO gratias, Se-Serm. V. de verbis men accepistis, verba reddidistis. Laudes Dom. in ista vestra gravant nos potius, & in pericu-Evangel. lum mittunt, toleramus illas, & tremimus Massib. inter illas; tamen fratres mei ista laudes vestra folia sunt arborum, fructus queritur.

Ast longe alium quibusdam Concionato-ribus animum isto etiam seculo insedisse, eosque nil nisi inanes populi acclamations plaususq; incompositos quæsivisse, ipse Chrysostomus disertè testatus est ad h. m. Multi Chrysost. l. c. multa faciunt, ut in medio constituti longam extendant orationem, & si plausus quidem à multitudine consequantur, hoc eis regno simile factum est, si vero cum silentio sermonem finierint, silentii tristitia fit illis gehenna molestior. Non pauci nimirum Chrysostomi ævo solennes ab auditoribus suis effla-

Euseb. gitarunt acclamations, ad Pauli illius Samo-lib. VII. sateni exemplum, qui teste Eusebio ab Auditu-30. ribus non favorem solum plausumque sperabat, sed theatrali more oraria moveri sibi expectabat, & vocem tanquam de clavis dari. Si quis vero auditorum honestius & verecundius agens, à clamore nimio temperasset, si velut injuriam faciens patiebatur injuriæ.

Longè

Longè rectius atque prudentius D. Bernardus cum inter concionandum tentatus esset, quasi suspiceretur ab omnibus, paululum substitit, flanteq; & infestante illo inanis gloriæ vento in hæc pro concione erupit verba : *Vanitas I propter Te concionem non incepi, propter Te ab ea non desistam.* Ultinam omnes Doctores Ecclesiastici pariter saperent, & plausibus sive laudantium vocibus & tumultu neutiquam iis opus esse intelligerent, qui D E I solius gloriam & comissæ Ecclesiæ ædificationem meditantur ! Nil magis operi huic saluberrimo remoram injicere solet, quam pudendus inanis gloriæ pruritus, qui impedit quo minus optatū sacramum orationum scopum Doctores Ecclesiastici attingere possint. Proh ! quam metuenda est inanis gloria turpisque jactantia homini D E O sacrato, atque fidei morumque capita è loco superiori tradenti aliis, quandoquidem ne ipsi quidem Patres sanctissimi tuti semper fuerint à pestilentissimi illius spiritu insidiis. Si quis exactius paulò noīle desideret quantum is labem inferat verbi divini præconibus, quam fœdè succutiat & subruat virtutum ædem impotens iste halitus, Magnum audiat Gregorium, & ex ipsomet horrenda quæ detestandus ille elationis spiritus creat exitia probè percipiat : *Dum quis de Sacra Legis scientia gloriatur (inquit) premium sibi convertit in ven-*

Greg. M. veneni poculum, & inde reprobus moritur;
lib. 15. unde ad vitam erudiri videbatur, & in do-
Mor. c. Etrina sua mortem invenit, quia in verbis
^{16:} *vita vitam minimè quaesivit.* Quis obsecro
 Christi servorum probè perspecta inanis glo-
 riæ pravæque intentionis deformitate non to-
 tus horreat, omniq[ue] studio formidet mala
 quæ ex putido isto fonte promanant? Quanto
 pulchrior Deoque gratior est animi devoti pu-
 ritas, tanto detestabilior mens Viri ecclesiastici
 pravo fine, impotentiique fluxæ gloriolæ des-
 derio infecta. Quemadmodum Moysis virga
 ad terram demissa torta est & retorta, donec
 versa fuit in teturum colubrum; rursus autem
 elata in propriam restituta est rectitudinem;
 ita cordium divino ministerio sacratorum acies
 in D E U M non rectâ tendens, sed ad terrestria
 demissa, enormiter adeò incurvatur, ut omnem
 rectitudinis suæ amittat pulchritudinem, &
 serpentis infernalis imaginem exactissimè re-
 ferat. Quid quod Divini verbi præconibus
 inanis gloriæ glaucomate obnuptis, & cum ex-
 cœcato Samsone hominum dæmonumque ri-
 sibus ludibriisque expositis, plurima alia accre-
 scant damna, atque fulgentissimi bonorum
 donorumque radii in horrendam perpetuam-
 que caliginem convertantur, ipsi tanquam li-
 gna fiant arentia, sive [Olympiodoro dicente]
 nullum humorem boni spiritus habentia, in-
 epti

cepti infœcundi & debiles ad omnia reddantur *Hof. viii.*
 pietatis sinceræ munia , nec ad pascua salutis
 oves subditas deducant . Ventum juxta Pro-
 phetae effatum ejusmodi Doctores *seminantes*,
turbinem merent , hoc est procellas mentisque
 anxietates gravissimas incurrent , inque mille
 curas scissi per mille dilacerabuntur affectus ,
 in universis tandem dissipandi actionibus . O
Pastor, ô Idolum [ait per Zachariam ipse Deus] *Zach. XI.*
 vel ut significantius Septuaginta legunt : O
Pastor vanus ! derelinquens gregem, gla-
dius super brachium dextrum ejus, & super
ejus oculum dextrum ; suas nimirum pasto-
 res elati vanitates pascentes , & dextræ inten-
 tionis oculo & manu operationis dextræ desti-
 tuentur , atque arescent tantoperè , ut nihil
 æternâ retributione dignum operentur . Imò
exscindentur æternum ejusmodi Nazarai,
sapphiro licet pulchriores ira divina gladio,
 atque sempiternam incurrent dejectionem .

XIV. Formidabilem * Alphonsus de Andrade recenset historiam de Hispano quodam concionatore eloquente quidem & docto, sed vano , magisque auditorum plausum captante quam solidum fructum ; Hunc ab alio concio-
 natore docto & pio graviter monitum : *Ut*

Chris-

* *Alphonsus de Andrade in Duce Virt. lib. I. cap.*
35. §. 3. & ex eo Guil. de Wael in Corona, nec non
Job. Weyer Fil. Adoptiv, Tom. I. Lib. II. c. 19.

Christum solum prædicet crucifixum, animasque Salvatoris sanguine redemptas unicè quarat; amicam adeò fraternalaque correptionem prorsus contempsisse, sed malo suo maximo: Nam paulò post (inquit Andrada) ille inopinato graviq; morbo correptus intra dies paucos vivere desiit, tertium verò post diem circumquaque combustus apparens, inque cœlum brachia jactans , voce lacrymabili enunciavit, eternam confusionem operuisse faciem suam, scil. propter inanem gloriam, quam toties vanis suis quæsierit concionibus, verbum adulterarit divinum, semperque magni æstimari petierit. Audiant hæc & ponderent omnes ad concionandi munus assumti, videantque ut dignè sua ambulent vocatione, ne verbum vitæ ex ore ipsorum emissum, præconibus in mortis æternæ ignem convertatur. Multi [ait nonnemo] apud inferos cruciantur, qui cum suis sermonibus aditum ad cœlestem beatitudinem maleis aperuerint, ipsi, quod falsa fallaciq; sui opinione inflati germana animi submissione vacarent, ad sempiternas illas pœnas sunt devoluti. Habeant itaque frequenter prædicatores illud Christi in ore : Ego non quero gloriam meam, sed eum qui misit me, cumque aliqua inanis gloriæ tentatio eos quatiat, eadem cum intimo animi verè christiani sensu repeatant verba, addantque : Si ita Christus, quid ego ? Ad animum quoque sibi frequenter Paulina illa revocent;

Sicne

*Sicut probati sumus à DEO ut crederetur nobis I. Thess.
Evangelium, ita loquimur, non quasi hominibus II.
placentes, sed DEO qui probat corda nostra. Neque enim aliquando fuitus in sermone adulatio[n]is
sicut seitis, neq[ue] in occasione avaricia DEUS testis est,
nec querentes ab hominibus gloriā, neq[ue] à vobis, neq[ue]
ab aliis. Quid tam absurdū, quam vitia insectari per vitia, imitarique eorum Philosophorum
vanitatem, qui [ut ait Tullius] de conte[mnenda gloria libros scripserunt, & in his i-
psis proprii nominis gloriam quæsiverunt? Ca- Cicero
veant ergo sibi tanquā à pessimo fure à gloriā orat. pro
inani, laudibus populiique applausu conciona- Arch. &
tores, pestiferum huncce pulverem de pedi- alibi.
bus excutiant, omniique cura dispiciant, ne-
cum aliis prædicaverint, ipsi fastu elationeque
obsessi reprobi fiant. Valde quidem difficile
Concionatori esse Chrysostomus judicavit o- Chrysost.
mnem planè laudis superare appetitum, ast Homil.
longè gravioribus doloribus eos esse obnoxios, XVII.
qui cum isto desiderio in docendi certamē pro- in Epist.
dire soleant, notanterque subdit; elegerim ad Romi
potius innumerorum barbarorum servitutem,
quam semel unius gloriæ inanis, neque enim
captivis illi suis talia præcipiunt, qualia sub-
ditis suis ista jubendo mandat: *Omnium (in-*
quit vana gloria) servus esto, animam contem-
nito, virtutem negligito, libertatem rideto, salutem
tuam destruito. & si bonum quid feceris non ad hoc
*facito, ut DEO placeas, sed ut multis ostenses, &**

CORP.

Luc. VI.

*coronam que beneficentes manet, perdas, quid
queso poterit hisce praeceptis crudelius fieri? Ut itaque miserrimam hanc servitutem cuncti præcones evangelii effugiant, ex ejusdem Doctoris verè aurei præscripto illam principio gravissimam esse sibi persuadeant, (siquidem ægrotus confessim de medico cogitet, quam primum ægrotare se cognoverit,) posthac perpendant auditorum plurimorum judicium sententiamque corruptissimam esse, nec corruptam solùm, sed & subitò marcescentem, cum frequenter accidat, ut qui summis ornati fuere elogiis, puncto tamen temporis vix præterito omnium contemptui exponantur; Christi igitur verbum & patietibus, & januis, & menti potissimum inscribant, atque continuè sibimetipsis dicant: *Vae nobis quando nos landaverint homines*, qui ipsi postremò nos veluti vani honoris præconiique stultè amantes meritò vituperabunt.. Et quis christianorum quorundam oratorum (de populi plausu gloriaque tumidorum) commiseratione non tangatur, eò quod alienorum morum magistros agere, attamen longè adeò à veræ humilitatis gymnasio recedere non dubitent, ut si populi (multiplicitis illius bestiæ) plausu densaque concione sermones suos excipi videant, (quiunque tandem fructus operæ existat,) toto triumphent pectore, è contra verò mortore supra modum ac debitum contrahantur, lin-*

quan-

quanturque animo, si infrequentior adsit concio, & vix qui auditum laudet sermonem compareat.

XV. Sollicitè insuper Orator Ecclesiasticus ad noxiā laudis existimationisque propriæ famē retundendā ea sibi ad animum revocet, quæ tum apud priscos & supra laudatos Doctores, tum ipsos etiam Gentilium magistros cum primis Epictetum, Senecam & Ariannum reperiuntur. *Si invitaveris alios* (egregiè monuit is quem loco ultimo posuimus, Arianus) *ad Te audiendum, & ut Tibi recitanti aliquid, aures prabeant horatam fueris, vide pri-* mū *ne istud facias temere, deinde utrum illud sit, quo prodeesse aliis, an quo tu laudari velis? Ali-* quis statim erit qui hoc insufaret: *Quid mihi opus est applausu multorum? & recte quidem manebit. Opus enim Musico quia Musicus nihil est lauda-* zione, nec Geometra quia Geometra. Ergò pro- deesse vis? Sed in quā re, dic nobis? ut & ipsi ad Te audiendum assurramus. Num potest aliquis pro- deesse in eo ex quo ipse nullam percipie utilitatem? Non; pluribusque ostendit Arianus nullam percipere ex suis dissertationibus utilitatem eos; qui plausu auditorum detracto tristes abiissent, eove impetrato supra modum exultassent. Nuper (inquit) aliquando tardius dum con- venirent auditores, nec acclamarentur humilis & abjectus discessisti. Proxime autem col-

laudatus obambulabas, & rogabas singulos:
 Quidnam tibi sum visus? Admirandus
 Domine, dispeream; ac ita affectus nihil
 minus affirmas mihi, te in appetendo & ca-
 vendo sequi naturam ducem, ab aliis istud
 persuadeto. Et mox: Sic ergo depravatus
 & inhians laudatoribus, numeransque audi-
 tores tuos, vis aliis prodesse? Hodiè plures
 me audierunt multò? Evidemper multi, vi-
 dentur enim fuisse quingenti. Nihil dicis,
 Esto fuisse auditores mille: Tot nunquam
 habuit Dion. Qui fit? quia elegante ora-
 zione capiuntur; ornata enim oratio vel la-
 pidem movere posset. En voces Philosophi,
 en facultatem ejus qui prodesse possit homi-
 nibus, en hominem intelligentem rationum!
 Quas hujusque farinæ alias jactationes haud
 abs re subsannans prolixè ostendit Arrianus
 quantoperè ea differendi ratio fuerit à Socrate
 aliena, qui concessionem dimissurus, nunquam
 ut cæteri jactare consueisset gravia recondita-
 que ea fuisse, quæ attulerit in medium. Multò
 magis ab oratore Christiano ista dementia esse
 debet aliena, quam in profanis gentilibusque
 Arianus ex Socratis & Epicteti mente tanto-
 perè reprehendit atq; castigavit, sola apud eos
 D E I gloria esse in pretio, ad scopum huncce
 unicum

unicum omnes & conciones suas dirigere de-
berent & actiones, uti prolixè non minus quam
egregiè & eleganter maximus Oratorum chri-
stianorum nempe Joh. Chrysostomus edisse-
ruit : *Quae sunt [ait notanter] que nos offen-* *Johan.*
dunt ? multa & varia , maxime autem ad Chrysost.
HUMANA M GLORIA M spectare , & in Genes.
nescire eam contemnere . Hoc enim mul- circa fi-
torum nobis causa malorum fit , & si quae nem.
spirituales habemus divitias, eas evacuat , &
utilitate, quae ex eis capi potest, nos destituit.
Quid igitur fuerit damno hoc perniciosius,
quandoquidem à nobis avolare facit etiam
ea que nos habere putamus - - Dic obsecro
mihī , & quare ita laude humana teneris ?
Nescis quod sicut umbra, & si quid illa vilius,
ita & illorum laus in aerem diffusa evane-
scit ? Alsoquin inconstans & instabile est
hominum genus ; & illi ipsi , quem nunc lau-
dant, non multo post vituperant, quod in sen-
tentia DEI nūquam usu evenit. Ne igi-
zur ita desipiamus, ne temerè & absque fru-
ctu fallamus nos ipsos. Nam et si bonum quod-
dam facimus , non autem propter hoc solum
agimus, ut mandatum Domini nostri implea-
mus, eo solo convincemur laborem nostrum

Bb 2 frustra

frustra factum , privabimusque nos fructu
 quem assequi licuisset. -- Et quid miraris,
 NB. si hoc eveniat his qui SPIRITALES
 PHILOSOPHOS (seu Vetus divini
 præcones) agunt , quam & hi qui hujus
 Mundi studia sectantur , hos maximè con-
 temnunt & despiciunt , qui ab hominibus
 querunt gloriam ? inveniesque ab omnibus
 conviciis incessanter eos , qui humana gloria in-
 hiant. Quid igitur miserius nobis QUI
 SPIRITU ALES VIDERI volumus ,
 si similes illis fuerimus , celebrari ab homini-
 bus cupientes , & si non sufficerit nobis laus
 à Domino , sicut & Paulus dicit , cuius gloria
 non ex hominibus , sed ex D'EO ? Non vides
 dilecte in equorum ludis , quomodo hi qui
 equos agitant , non advertunt plausum po-
 puli assidentis & celebrantis , neq; ex eo
 plausu voluptatem capiunt : Sed & ad unum
 solum spectant Regem in medio sedentem ,
 & ad nutum illius attentes , totam mul-
 titudinem despiciunt , & tunc solum animo
 extolluntur , cum ille eos coronaferit ? Hos
 igitur & Tu imiteris . Non magni momen-
 ti facito hominum famam , neque propter eam
 exer-

exerceas virtutem, sed à justo Judice sententiam expecta, & ad illum nunc intentus es. Hæc à B. Chrysost. sapientissimè dicta in quos ævo nostro SIRITUALES cadant viderint alii. Utinam reipsa tam infesta illis & exosa esset humana laus ac gloria, quam multi infestis eam & vocibus & calamis huc usque appetiverunt. Utinam quod de dissertationibus adversus superbiam proditum est à Richardo Victorino, Spirituales etiam Viri sacerdotum dum imprædicationis officio superbiam exagitant disputando, de ipsa dissertatione orationeq; habita non superbirent! Utinam omnes ^{Richardo} ^{à S. Vict.} ^{in Ben-} ^{jam mis-} ^{nore e,} essent animo, quo insignis ille pietatis doctor, ^{46.} ^{Climacus} ^{grad.} fecit mentionem: Quendam (ait ille) ^{toto ani-} ^{xxx.} mi affectu audiri dicentem: NON NOBIS Domine non nobis &c. Abs Te, pergebat, ô Domine LAUS mea in Ecclesia magna futura est, scil. TEMPORE; prius enim quam illud adveniat, tandem sine periculo ferre non possum.

X V. Quid est denique cur Doctores Christiani sive Ecclesiastici sint, sive Academicæ, Theologi sive Philosophi, quid est inquam, cur optare tantum, ne dicam sollicitè captare velle humanæ inanisque gloriæ auram tam citò

evanescere? Cur ulla tenus turbari laude favoreque mundo dispallescere, floreque ejus marcescere multum cruciari? Fugiant potius omnium Ordinum atq; Facultatum viri eruditissimi summo conatu ac studio istam malorum infinitorum lernam, atque coloris cito pereuntis pigmentum, à fœdissima illa semper abhorreant idolatriâ, ne plusquam cimmeris involuti tenebris in extremam tandem aliquando cadant sui deceptionem. Si animus quandoque ex laude turgescat, mox cogitent quantum capitibus suis immineat periculum ab eo, qui omnem cervicem elatam deprimit, & colles omnes deducit in plana, propterea nullos inanes vanosque efflagitent plausus, quin potius omni eosdem declinent ingenio, neque animis ipsorum unquam obversetur quantum sciant, sed potius quantum nesciant, siue cristas erigat doctrina, ad eos referant oculos ad quos nihil didicisse videantur. *Non parum est sciare quid nescias,* scite quondam ad Vigilantium scripsit Hieronymus, longè equidem satius esset margitem esse & literarum penitus rudem ac plumbeum, quam turgidè dictum, inanisq; gloriæ vento inflatum, siquidem incurabilem ferè labem animæ inferat arrogans scientia, virtutumque ædem impotens iste halitus fœdè subruat atque succutiat. Cum maximis gravissimisque doxosophorum gentilium periculis atque casibus probè edocet

& tu es Isidorus PELLUSIO TA, quantam
 Doctoribus cunctis damnum inferre soleat ni-
 mius inanis vanæque gloriæ amor, omni viri-
 um nisu Theosophos christianos à perniciose
 illo studio duxit revocandos, ne scil. honoris pro- *Ifid. Pe-*
 prii studiissimos philosophos Gracos Romanosq; hoc *Ius. Lib.*
 est prisca Animalia *GLORIÆ* insitentur, sed posuit i. Epist.
 assentatorem [ut ipse notanter alicubi scribit] 374.
 fastum, sicciam atq; inanimam superbiam, *INA-*
NEM terrenamq; *GLORIA* M omni virtrum
 (cœlitus concessiarum) nisu tollant è medio, ad
 Christi Salvatoris exemplum gloriam ab homini-
 bus minime quarentes. Quin imò causam ali-
 cubi indagaturus, veramque ostensurus ratio-
 nem, cur veterum Theosphorum scripta, li-
 cet simpliciora atque verborum respectu impo-
 litiora, longissimè tamen præstent politissimis
 atque elaboratissimis oratorum ac philosopho-
 rum profanorum monumentis? non aliam in- *Ifid. Pe-*
 venit quam quod hi gloriam duntaxat capta- *Ius. Lib.*
 verint PROPRIAM, illi verò SALUTEM au- *IV. Epist.*
 dientium ante oculos habuerint, unde factum
 sit ut profani isti scripserint plurima, quæ nec
 ullum legentibus commodum, neque ullum ea
 respuentibus damnum attulerint. *Sapenum-* *140. ad*
 -rò (ita idem Isidorus ad Theognostum *Harp.*
 Diaconum præclarè scribit) mihi in men- *Soph.*
 tem venit mirarieos, qui Dialogos composa- *Idem Lib.*
 erunt, & orationes prolixas conscripserunt, *IV. Epist.*
 Diacon. *67. ad*
Theognost.
Bb 4. *quod f.m. 448.*

quod SUÆ quidem GLORIÆ nimis magna habuerint curam, dum sublime & grande sophos spirante sermone fuerunt usi utilitatem vero auditorum neglexerunt, cuius profecto majorem ducere rationem ipsos decuerat. Quantumlibet enim magnam gloriam consecutis scriptoribus, ad ceteros certè parum inde utilitatis redundare queat: Aliis vero utilitatem percipientibus, magna virtutis accessio sit futura. Verum enim vero quia ad id quod sibi conduceret solum intenti fuerunt, aliorum utilitates insuper habuerunt. Quocirca etiam divinam vituperant scripturam & enrascorum quorundam nostri quoq; ævi philologastrorum expressissimam imaginem! quod non exquisito & ornato dicendi genere, sed humili atque pedestri usus sit. At nos vice versa ipsorum quidem philautiam atque ambitionem jure accusemus, qui GLORIÆ PROPRIÆ studio ducti, aliorum minimam habuerunt rationem: Scripturam autem vere divinam criminacionibus ipsorum liberemus, dicentes, eam non sua propriæ gloria, sed posius audientium salutis studio.

*studiosam fuisse. Quod si tanto tenem-
tur amore sublimis dictionis, discant, me-
lius esse, ut ab idiota ac plebeo homine ver-
itatem, quam à Sophista mendaciam disca-
mus. Alter enim simpliciter & breviter
quod res est dicit, alter vero sapè obscurita-
te suâ cùm veritatis occultat pulchritudin-
uem, tum sua suaviloquentia ornans men-
daciū, in aureo vasculo solet miscere vene-
num. Quod si veritas cum ornata orati-
one conjugatur, eruditos quidem judare po-
test, aliis autem omnibus nulli usi utili-
tatique erit. Qua causa quoque est, quare
Scriptura Sacra veritatem pedestri sermonē
exposuerit, nimirum ut tanta idiota quam
sapientes, quā pueri, quā femina eam cognos-
cerent. Gemina hisce insignis ille Doctor I-
sidorus scripsit ad Harpocram Sophistam, varia
ac multiplicia hominum profane erudito-
rum studia dicendi generā examinans, ac
inter se quasi committens, divinis tandem li-
teris earumque scriptoribus pariter ac cultori-
bus præ omnibus istis doxosophis justissimam
tribuens palmam. Alios quidem eorum [O-
ratorum scil. poëtarum ac philosophorum pro-
fanorum] epopœiā i. e. heroico carmine fu-
isse delectatos; alios gravitate Tragœdiz, al-*

*Idem Isi-
dor. Lib.
IV. Epist.
91. f. 400.*

lios blanditiis ac lenociniis Comœdia, alios copia Rheticæ captos, sed nec hos inter se consensisse, cum sint qui sublimitatem Platonis sint amplexi, qui Thucydidis gravitatem, qui Isocratis tenuitatem, qui Demosthenis vehementiam adamarint. Rursum alios Lysiae apertum dicendi genus laudasse, alios contra Isæ orationem utpote Isocratis dictioni convenientiorem; alios denique Aeschynis perspicuum & candidum dicendi genus cæteris omnibus prætulisse. Cum igitur tam variæ sint (*pergit Isidorus*) ac dissentientes hominum (*profanè scil. doctorum*) opinones, equidem non habeo dicere quî fieri possit, ut scriptor aliquis omnibus placeat; itaque illi, ut QUI AD GLORIAM respiciant, scribant ut ipsis lubet. At sacra & coelestia oracula, quoniam ad universi generis humani utilitatem pronunciata scriptaque sunt, perspicuitate sunt temperata. Ex hac enim & illi qui aliis virtutibus orationum delectantur (sunt autem hi perquam rari) nihil quicquam detrimenti patiuntur, semel intelligentes ea quæ oraculis illis continentur. Quid quæso sunt vel Platoniei Dialogi, vel Homericæ tabulae, vel legislatorum codices,

dices, vel Demosthenis libri, vel Tragœdiæ varii atq; inopinati casus, vel Comœdiæ argumenta, si ad hanc virtutem & brevitatem perspicuitatemque conferantur? Quot Dialogos conscripsit eruditissimus Plato dum conatur demonstrare quid sit justitia? nec tamen quicquam potuit proferre quod esset perspicuum aut persuadere quibusdam: quin etiam ipsa libertate cum excidisset, vita excessit. Quam multa scripsit Aristoteles, Platonis se opposens, ejusque dogmata traducens velut in Comœdia? Sed nec ipse quicquam utilitatis contulit, nisi quod pugnam verborum vitæ humanæ generavit. Quam multa Stoici adversus Aristotelem armati conscripserunt? sed horum quoque extincta sunt dogmata. Comparent igitur cum iis qui sapientes perhibentur divinorum oraculorum perspicuitatem, & desinant nugari divinamque oraculorum dictionem amplectantur, quæ non ad AMBITIONEM, sed ad UTILITATEM audientium respexi. Neq; alio fine hæc edisseruit laudatissimus ille Isidorus quam ut (sicuti antea notavim⁹) Theosophos

380. COMMENT. III. DE LIT. CENODOXIA.

sophos christianos à vanæ & inanis gloriae amore ac studio revocaret, ne in parem cum doxosophis istis incident insaniam, gloriari que humanam nimis sollicitè captando veræ perpetuæq; laudis tristissimam subeant jacturam. Si

*Idem Iſi-
dor. Lib.
V. Epift.
504.*

GLORIAM sectaris (*ita notanter Serenum quendam Diaconum compellavit*) eam fac contemnas: sic fiet ut illa potiaris. Contentiosum enim est hominum genus, & de præstantia libenter dimicat. Vincere enim studet eum, qui victoriae inhiat. Cum jucunditate autem submittere se illi, qui vincere non desiderat, conservavit. En nobilissimum vincendi genus, viamque ad præfulgidæ gloriæ apicem rectissimam pariter ac tutissimam! *Quid ergo [appositiè querit Augustinus] scientiam fugere debetis? electuri estis nihil scire potius, quam inflare? Ut quid vobis loquimur si melior est ignorantia quam scientia? ut quid vobis disputam? ut quid vobis distingvimus? ut quid, quod nostis admoneamus? quod non nostis inferimus?* Scientia cavenda est ne inflet: ergo amate scientiam, sed anteponite charitatem: scientia si sola sit inflat, quia veræ charitas edificat non permittit scientiam inflare: ibi ergo inflat scientia, ubi charitatis non edificat,

ubd

August.
Serm.
*xxxv. de Verbis
Dom.*

ubi autem adificat solidata est. Nimisrum probe intellexit Magnus ille Praeful Hippo-nensis , quantoperè scientia obnoxia sit turpi ac perniciose E L A T I O N I S spiritui, ut non facilius libri tineis & blattis corrumpantur , quam eruditi, nisi diligenter caverint, ex scientia insolescant , pestiferumque tumorem concipiant . A quo si tuti esse velint ipsi etiam Literatorum Principes, & ad optimæ laudis procutrere metam, sæpius cogitent gloriam non inanem, sed veram excipere cunctos doctrinæ & virtutis solidæ cultores , ac professores, nulliq; antiquitus magnum impertitum fuisse honorem , cui virtutis emeritæ specimina non præluxissent ; eos præsertim suptemi honoris fastigio [ipso suadente oraculo] dignos olim fuisse habitos, qui singulari doctrinæ scientiæq; fulgore rutilantes , cœteros quoque ad virtutem erudire statuissent . Ea de causa ipsum Platonem certatim à sapientissimis Principi-bus è longinquò advocatione fuisse accèpimus, ut rectioris administrationis vitaque ad virtutis solidæ leges instituendæ rationem omnes edoceret , quo etiam fine cum Dionysius Siciliæ Tyrannus aureis quadrigis venientem admodum honorifice exceptit , * nec minus He-
racli-

* Invasit aliquando (ita Bartolus in charact. hom. liter. p. 400.) Dionysium tyrannum philoso-phandi seu ardor nobilis, seu cacoëtes, quo fessam tractando ferro tyranidem quam exercebat

bat in corpora, felicius in hominum animos exercebat. Utcumque fuerit, Athenis Platonem accersit Syracusas, nec par erat futurus quilibet alius eruderando illi lasso, ex quo tamen nunquam excudere Mercurium valuit. Nempe homines potes in philosophos mutare, feram in hominem vertere non norat. Venit Attico melle fluens Plato, sed illam casorum sanguine imbutam spongiam mellis ejus vel una itilla subire non potuit. Mox tamen ut audiri coepit apud Dionysium Plato, en Tibi conversione repentinâ scenam tota aula mutare, & quasi virgæ contactu magice ab ea quæ fuerat, videri penitus alia. Heri Regia cruentum civium macellum, & Caci spelunca; hodie lyceum & sapientiæ augustal, in quo non soli philosophabantur homines, sed & parietes, quorum nulla pars erat vel geometricis vacua descriptionibus, vel numeris philosophicæ computationis. Ipse cognomentum carnificis publici philosophi nomenclatione veneranda seplerat Dionysius, spectabaturque jam inter principes tanquam semiDeus, & celebrabatur ab iisdem quibus paulò ante execrationi fuerat, & honori. Tantum valent in Principem literæ!

raclitum Rex Darius literis humanissimis evocatum ad regiam deduxit domum, ac nullâ non favoris benevolentiaeque suæ scatebra recreavit. Sic Tito Flaminio quondam in Græcia veluti Numini ob egregiam atque superexcellentem virtutem libatum fuisse, Plutarchus testatur. Taceo honorem Aristoteli Delphis decretum in supremæ sapientiæ decus, & quem Romani Duillio, Athenienses Harmodio & Aristo-

Aristogitoni conditis etiam statuis impertire; Nonne Pompejus ex Asia rediens Rhodumque pertransiens Posidonio Philosopho laureatos fasces, ipsaque victoria submisit insignia, nec Viri eruditii januam, quasi Regia sua atque imperio sacratiorem à lictore pulsari permisit? Nonne satis abunde constat, primarios in Orbe etiam Christiano pietatis & virtutis solidæ Doctores ac Professores, tandem veri honoris apicem ex solo VIRTUTIS merito attigisse, nec famæ solūm, sed & animæ beatam consecutos fuisse immortalitatem? In medium producere possemus universum priscorum Ecclesiæ Doctorum egregiè splendentium chorum, Ignatium cum primis illum Theophorum, Videatur Dionysium Areopagitam, Justinum Martyrem, Irenæum Lugdunensem, Cœcil. Cypriacademiam, Athanasium Alexandrinum, Basiliū J.C. e-Magnum, Gregorium Nazianzenum, Ambrōzium Mediolanensem, Augustinum Hippōensem, Hieronymum Stridonensem, Jo-hannem Chrysostomum, Bernardum Clara-vallensem aliosque plurimos, quos non tam e-ruditionis, quam virtutis & pietatis summæ à nobis ille fama per veræ laudis præconia jam olim eve-1671. lustrata etos ad summa honoris sedilia locavit. Tales & edit. nimirum sanctis istis Doctoribus mores fuerunt, quales sermones, tale exemplum, quale dogma, ut vixisse eos moribus, docuisse exemplo, prævissse ad honesta omnia virtute propria

384 COMMENT. III. DE LIT. CENODOXIA
pria satis fuerit exploratum. Hinc quoque
tantoperè eorum crevit gloria, hinc laus atque
existimatio illorum tanta accepit incrementa,
ut vivarum legum, & animatarum quasi pie-
tatis sinceræ formarum ac imaginum loco jam
pridem habiti fuerint, adeoque ad summæ lau-
dis metam [vanæ & ianis gloriæ præstigiis
neutiquam obfascinati] felicissime pervene-
rint. Horum vestigiis si insisterent eruditorum
singuli, ac de veræ potius quam vanæ laudis
gloriæque veræ thesauris conquirendis essent
solliciti, planè egregia supremæ illius sa-
pientiæ ederent specimina, cuius Doctores pa-
riter ac sectatores strenuos LAUS (non vanæ
fallax & peritura , sed solida, ingens &
fulgentissima) MANEBIT IN
SECULUM.



COM-



COMMENTATIONIS III.

APPENDIX

Dc

LIBRORUM FELICIBUS PARITER AC INFELICIBUS CONDITORI-BUS.

XVII.

Quandoquidem ERUDITORUM hominum plurimi fatuos umbratilis gloriolæ igniculos præprimis LIBRORUM operumq; variorum EDITIONE insectentur, imò tantoperè famæ inhibent inanitati, ut laudari à posteritate (hoc est ab illis quos viderunt nunquam) impensissimè desiderent, hinc cunctis ad veram felicitatem aspirantibus eruditis apprimè cavendum, ne gloriosæ eiusmodi vanitatis sidere afflati, extremam cum turgidis quibusdam librorum conditoribus incurant miseriam, & ne (si

Cc

præ-

præpostorè nimis de magnâ potius quam bona famâ , aut vita bonâ solliciti fuerint) post impensas curas usque ad sudorem , post evolutos authores usque ad pallorem , post devoratores labores usque ad hauseam & tedium , post exhaustas ferè omnes animi & corporis vires æternæ infamiz tradantur . Quas scriptorum character. beribus (verba sunt Dan. Bartoli) pressoria torlit. pag. cula gemuerunt , in quos illud Ausoniæ bellè cadat :

335.

Utileius domire fuit , quam perdere sonum ,

Atque olemus .

Confer. piem li-
terati ho-
minis se-
cessum
p. 141.

Rayn. de
bonis &
mal. lib.
p. 322.

Quam multi vigilatas noctes libris sudarunt componendis , quos absq; somno nullus legat . nisi cui somnum excusserit indignatio in auctorem ! Quot olim vixere fama gloriâque singulari conspi- cui Viri , quorum mēmōra eodem sepulta est tumulo quo cadavera ; quorum aliquando laudata opera , mox æternæ oblivioni data , vel si extent in literarum monumentis eorum nōmina , non sunt scripta in cœlis , libroque vitæ inserita ; quam multi ex illis solā infamia famosi ; quam innumera periēre doctorum hominum monumenta , qui per ea famam sibi immortalem parare laboraverunt . Quam multi [ita notanter Raynaudus) apud Photium au- thores ex solo Photii breviculo noti sunt , ou- peribus planè desperdiūs ? Postea etiam quam multorum opera omnis generis & omnis æ- gatis ,

tatis, nullo licet interposito adverso casu vel confixione perierunt. Nec ipsum arbitror mundum capacem fore librorum, qui non dic aliquot ante Christum seculis, sed non ita multo ante nos editi sunt. Evanuerunt quam plurimi & levarunt Orbem. Eadem fors indies plerisque obtinigit. Ac licet quorundam operum vita tempore diurna fuerit, quid profuit ea authoribus defunctis? annon melius illis fuisse omni fama caruisse, quam cum magna æternum periisse? Quod si quorundam literatorum hominum volumina aliquam nacta sint gratiam, nullam tamen gratiae partem in suos transferre potuerunt authores, sed iis in re præsenti factum quod Lactantius alibi sculptoribus exprobavit, nimirum ut eorum adoretur manus & labor in statuis, cæterum ipsi spernantur protinus, donis statuæ colantur, premantur verò earum artifices calcibus, suspiciantur pro Diis saxa, pro saxis sculptores habeantur.

Quid inter se (ait Lactantius) tam contrarium quam statuarium deficere, statuam adorare, & cum ne in conviduum quidem admittere qui Tibi Deos faciat? Proin parum sèpè emolumenti scriptoribus accedit, etiamsi monumenta eorum maximo apud nonnullos in pretio habeantur, valetioque legantur idiomate, nimirum spretis articuli.

Lactan-
tius de ob-
rig.error.
cap. 2. ex

tificibus insensatæ adorantur statuæ , honor-
quæ authoribus debitus, soli ut plurimum ope-
ri exhibetur. Haud abs re Jacobum Billium
(qui immortalem ex Patrum quorundam edi-
tione gloriam est consecutus) commendavit

*Sammar-
thanus
Elegior.
lib. III.
pag. 76.*

Scævola Sammarthanus in illustrium Gallo-
rum elogiis, quod licet totus in scribendi labo-
re semper fuerit, nullum tamen unquam atti-
gerit argumentum , quin ad pietatem illud ac
teligionem pertineret, *cetera omnia* [notanter
addit Sammarthanus] *sanguam fluxa & caduca*

*Idem L.c.
lib. V.p.
105.*

generosa quodam animi vigore contemnebat. Nec
minus Jacobum Fajum Spessatum Virum lon-
gè doctissimum tam longè ab omni gloriæ fu-
mo abfuisse idem memoravit, ut cum tradere
postoris multa posset ingenii sui documenta,
tamen post absolutissimas tot veterum lucu-
brationes publicare novos libros non modo su-
pervacaneum esse duxerit , sed etiam ineptum:

*Idem
lib. IV.
p. 120.*

Claudium Puteanum denique idem Sammar-
thanus posteritati commendavit, quod licet eo
homine ætas nihil doctius tulerit, pro singu-
lari tamen animi sui modestia scriptis nun-
quam inclarescere voluerit. Evidem si do-
ctrinâ virtuteque sublimiori conspicui Viri
gloriosæ illius vanitatis vestigia paulò diligen-
tius obseruent, vix unquam nominis sui affe-
ctabunt perpetuitatem , sed DEO solum & be-
atæ æternitati (si quæpiam scribendi necessitas
iis incumbat) curas atque meditationes suas

con-

consecrabunt, haud quamquam per eas immortales fieri cupientes, sed immortali & invisibili seculorum Regi honorem unicè tribuentes, non solum alius (ut Augustinus loquitur) scribendo proficiens, sed ipsi proficiendo optima queque scribent, studiosè etiam observantes præclarum Petri Venerabilis consilium Gilberto cuidam olim subministratum : Scratur in chartula verbi divini seminarium, quod maturis sege, lib. I. Epist. 20. tibus, hoc est libris perfectis, multiplicatis frugibus esurientes lectores repletas, & sic panis caelestis lethalem anima famem repellet, sic plane, sic verbi divini poteris fieri taciturnus predictor, & lingua silente in multorum populorum auribus manus tua clamosis vocibus personabit : Clausus tenebris in spelao tuo & in codicibus tuis, terras & maria peragrabis, in publicis Ecclesie conventibus lectoris ore verbum DEI de sublimi loco inelamabis, inq. remotis claustrorum & domiciliorum angulis illud idem servis DEI silentibus insurrabis.

XVIII. Magnifica est Scriptoris cuiusdam ævo nostro clarissimi vox, & digna qua Literatorum omnium auribus inclametur : Nihil moror Libros, sed combustos omnes velim, si DOCTIORES tantum, non ad Jac. Crns.

etiam MELIORES, qui illis dant operam reddere sint idonei. Itaque maximoperè **SCRIPTOREM** quemlibet ea cura atque cogitatio versare debet, quā ratione summè utilia necessaria salutariaque ingenii monumenta parare inq; publicam dare lucem queat. Non frustraneum solum, vetum infortunatum etiam, atque damnificum illum laborem esse, qui otiosis & inutilibus libris conscribendis impendatur optimorū & sapientissimorū virorum constat iudicio. Sicuti (juxta sacrum effatum) filiorum insensatorum multitudo parenti in opprobrium vergit, non verò in ornamentum, ita librorum (quos haud abs re ingenii liberos veteres nuncuparunt) inutilium noxiorumque copia auctoribus suis maximum dedecus extremamque infamiam conciliat. Cum celebris quidam seculi hujus Scriptor in operis sui fronte illos Literatorum labores Hercules dixisset, qui fatigationibus immensis commoditates adferant alii, anthribus verò suis prater aliquantulum fame, plurimumque invidia, nihil; nonnemo a Philib. certè satis rigideque illum tractaturus enuntiavit. **M. LABORES EOS ESSE**, do Script. qui fatigationibus immensis, nec commodates alii, nec auctori suo aliquantum fame, sed plurimum infamia adferant. Quicquid verò de Scriptoris illius monumentis

TOM. I. pg. 980.

ad Script. qui fatigationibus immensis, nec commodates alii, nec auctori suo aliquantum fame, sed plurimum infamia adferant. Quicquid verò de Scriptoris illius monumen-

tis

tis sit statuendū, nemo facile inficias ibit effatū
 istud cum primis locum habere in omni libro-
 rum inutilium otiosorumq; genere, quorum
 auctores sperata gloria loco extremam infami-
 am fatigationibus suis consequuntur. Licet
 sapientiam absconditam, *in seclome* (non secus
 ac thesaurum invisum) Siracides pronunciave-
 rit, notanter tamen *hominem qui stultissim*^{cap. 41.}
suam abscondat, meliorem esse judicavit eo,
qui suam sapientiam evulgare recuset. O
 si insensati quidam librorum conditores eam
 quam habere se putarunt abscondissent sapien-
 tiā, nec evulgassent illos suos luce indigni-
 simos fœtus, non tantam sibi accivissent apud
 doctiores & meliores infamiam, nec veritatem
 * proverbii illius Talmudici experti fuissent,
quod homines prudentes (temerē scil.) in
publicum sint quasi tradendi lictoribus, &c.
 Severissimorum equidem judiciorum ac censu-
 rarum aleam ut plurimum illi Scriptores sube-
 unt, qui licet abunde ingenio eruditioneque
 prædicti sint, laborem tamen omnem, ætatem ac
 valetudinem in elucubrandis nullius frugis ar-
 gumentis, &c libris edendis consumunt, *in qua-*
bis scribendis (ut scitè Bartolus ait) *VIT A, le-Bartol-*
genda vero tempus infeliciter omnia concerit, charact;

Cc. 4

Quodlis. par.

* Proverb. hoc ex Talmudio tract. de Sab- II. par.
 barbo hand male Buttorfius ad scripta quo- 346.
 dam seculo hoc quinginta accommodavit.

Quod si jure meritissimo Seneca quibusdam ævi sui philosophastris succensuit, qui nocturnas vigilias, & diurnarum velitationum clamores assiduos in puerilia, non risu modo sed ferulis digna conferre neutquam dubitarunt :

Mus Syllaba est : Syllaba caseum non rodit : Mus ergo caseum non rodit. O pueriles (exclamat ille) ineptias ! in hoc supercilie subduximus ? in hoc barbam demisimus ? hoc est quod tristes docemus & pallidi ; Si inquam Seneca nugaces ejusmodi illiberalium artium magistros meritò reprehendit ; quis obsecro piè-doctorum illos laudaret Orbis christiano-literati incolas, qui vitam omnem studiis inanibus nugisque puerilibus impendere neutquam verentur ? Tantane est (inquit modo laudatus Scriptor) nugorum futilem ubique penuria, ut juvet iis gravi studiorum & no-

Etium, vitaque adeò multæ sumpta, numerosas farcire paginas ? Si possum animo in selectam pradam cum aquilis & accipitribus affurgere, cur malim cum alaudis uno gariendi desiderio alas explicare ? quod ille dum faciunt, tamdiu cantillant, quoad rupta garritu cadant, suo illo cantu adeò terga, ut si canendi magistraceli Sirenibus fuisse. Navigatio vitæ hujns quam fermè

Idem l.c.

p. 348.

in

in studiis ponitis (ita post quædam alia Bartolus ævi nostri scriptores eleganter compellavit) felicitas indolis , & scriben- di labor quibus potestis rem literariam , auro & unionibus augere , quo tendunt obsecro ? quibus amabo vos mercibus locupletamini ? fabellis nimirum , alterca- tione frivola , quæstiuncularum , nugis prope dixi heroicis ; amatoriis inquam nugis ; restitutione textuum , aut deprava- tionem potius , emendationibus arbitra- riis , conjectancis , imaginariis , & quid plura ? *Quare appenditis argentum Ve- strum , & non in manib[us]* (inquit sacer va- tes Esaias) quod cum exponat B. Hiero- nymus de secularibus studiis , quanto ve- rius de vestris , tum planè inanibus , tum sàpè fatuis dici potest ? An vivit aliquis Tiberius qui vos matris Hecubæ nomen , qui usurpatum ab Achille inter Lycome- dis virginis absenso nomen edere jube- at ? - - - An aliquis Domitianus ad quo- tidianam & diuturnam muscarum vena- tionem vos invitat ? Amplitudinem Ro- manæ urbis ostentaturus Heliogabalus , aranearum telas omnes tota undique de-

Cc 5 cussas

cussas & collectas urbe exaggeravit in montem demens, magnitudinem Urbis urbium Reginæ stolidè arbitratus hoc documento contineret. Stultum hunc nemo sapiens non videt; est tamen illorum (scriptorum) archetypus, qui experimentum sui publicè præbituri, araneis pluribus quam foliis libros implet argumenti planè inutilis, & tractationis evanidæ ac prorsus inanis. *Utinam tace-*
Job.
XIII. 5. retis, & putaremini esse sapientes. Plaudatiis, si vultis, stultorum amicorum fatuitas celebris; alia propterea non erunt illorum quam quæ in Bachi spectaculis laudavit Diogenes, magna stultorum miracula.

XIX. Sicuti igitur scriptorum ejusmodi inutilium fructuque omni vacuorum ingens est fatuitas, atque pestilentium librorum divulgationem gravissima detimenta insequuntur, ita satis deprædicari vix potest BONORUM AUCTORUM felicitas, summæ sociata utilitati. Evidem non Scriptoribus solum, verum ipsi etiam Ecclesiæ atque universæ rei literaria egregia inde accedant emolumenta. Amplissimam piè-eruditas scriptor lætitia gaudiique segetem habebit, si eas ingenii proles fuderis, quæ pietati pariter ac eruditioni sinceræ plantanda

tandæ propagandæque inserviant.. Dilabuntur opes, corruant ædes, numerosissima interdum deficit familia, ast præclaris operibus nobilitata nomina nunquam intereunt. Quinimò talis tantaque ea est bonorum pièque doctorum scriptorum felicitas , quæ eum universi Orbis opibus atque dignitatibus haudquam comparanda, ne dum permutanda videatur.. Non ad vanam illi, sed sanam, non falacem sed veracem perennemque adspirant immortalitatem , imperturbatæ junctam tranquillitati. Et cum neutiquam præpostera eos invadat immortalitatis affectatio, quæ profana seculi mancipia, Magistros quosdam nubivendulos , vanæque gloriae. A N I M A L L A oceœcare solet, qui nec ipso Cœaodoxorum literatorum exitio à præpostero illo famæ acquirendæ studio sese revocari patiuntur , feliciora sc. sibi fata promittentes ; cum inquam felices illæ Scriptorum nobiliorum animæ ab omni inanis gloria æstu, omniq[ue] infano immortalitatis desiderio maximè sint alienæ, cœlesti ut plurimum nutu accidit, ut non in tempore solum laudem gloriamque insignem (licet minimè quæsitam) obtineant , verum perennem etiam atque sempiternam beatitatem divino beneficio consequantur.. Mille vivendi artes huc usque indagavit , nec invenit tamen impotens nunquam-moriendi desiderium , cum primis id ipsum Sinarū philosophos

Primo-

Primoresque tantoperè olim invasit , ut cura cogitationesque omnes vanissimæ illi immortalitatis affectationi duxerint impendendas

Nie. Et quod ea res scientiæ humanæ facultatem atque limites longissimè excedat , nulla prorsus ratione ut credant , induci potuere . Frustra sèpè qui inter illos sapientiores in detergendo isto morbo , atque deprimendo contumaciis ciorum suorum affectu fuere occupati . Herbi alii argentoque vivo vitam producere sunt connotati , alii nescio quale immortalitatis pocula ab impostoribus quibusdam paratum proprie natumque impigre haufere , oleum simul per dentes ac operam . Scilicet herbis Medeæ canens . Sez. rebant fatui illi Βιόφιλοι , & Jovis ambrosiâ .
XIII. p. quibus vitam sibi immortalem accerserent .
258. Nuspiam reperti sunt illi quos finxerè immortales in montibus errantes , inque ipsum eum libuerit adscendentēs cœlum . Nec minus præpostorè illi quondam immortalitatis iter culmenq; honoris perpetui adierunt , qui mortem subire voluntariam , necemque ultroneam (urgente scil. insana gloriæ cupiditate) suscipere non dubitarunt , veluti Čalanus ille magni nominis philosophus Indus , qui diu multumque Magnum secutus Alexandrum tandem ipso vidente se in ignem conjecit , ratus ei ratione se apud ipsum Alexandrum & posteros fumum immortalitatis adepturum , ad stolidū nimirum Empedoclis [cuius supra memini mus]

mus] exemplum, qui in Aetna craterem insiluit ut pro Numine haberetur. Sic Cleombratum cum Hegesyæ discipulis immortalitatis statum tanto ardore concupivisse legimus, ut præ potiundi desiderio præmaturam mortem oppetierint. Et si qui oblatam à superis immortalitatem (uti fabulata est antiquitas) respuerunt, quemadmodum de Chirone perhibetur, illi quoque ex ipso immortalitatis contemptu gloriam venati sunt augustiorem, tantoque illustrius aviditatis illius (scil. famæ in perpetuum producendæ) dedere documentum. Longè felicius veræ immortalitatis metam librorum optimorum scriptores atq; conditores à tot seculorum decurso tempore attigere. Monumenta quæ publico bono ediderunt quovis ære, quibusvis marmoribus, Mausoleis, arcubusque triumphalibus [quibus nonnulli olim affectarunt quidem, non item affectati sunt nominis immortalitatem] perenniora extiterunt. Illi quos studio indefesso peperere filii parentibus suis etiam vita functis honori decorique sunt perpetuo. *Mor-Eccles.*
tuus est pater, quasi non sit mortuus, similem c. XXX.
enim post se reliquit. Adeò enim in filios hujusmodi egregios parentum virtus pietasq; se se transfundere solet, ut in iisdem post fata vivere semper spirareque videatur. Si tam procul longeque à parentum suorum vultibus
 & mo-

& moribus naturales filii exerrent, ut [quod] prisci finxere Ægyptii] ex patre fulgure boves interdum nascantur; illi quos diximus melioris notæ fœtus vivas parentum suorum representare videntur imagines. Est proles illa vere immortalis, cuius ope literati felices cunctis miseriis defuncti, gloriæ perpetuæ vive-re incipiunt, incomparabilibus planè labo-rum suorum præmisæ æternum condecoran-di. Audiamus de insigni hâc Scriptorum optimorum felicitate * sæpè laudatum.

Bart. char. lit. p. 365. Bartolum egregiè differentem ad h. m. Quibus obsecro firmamentis stabilius magnorum hominum gloriæ, & meritorum nomina fulciuntur, quam LIBRORUM IMMORTALITATE? Inspiciamus rerum strages quas agit ubique omnium cädax tempus, præcipitando alias, reliquas sensim ac lentè arrodendo. Rupes sub annorum decrepitæ pondere subsidunt, in sepulchrum curvantur, membratim.

* De quâ etiam legi meretur memorabile Philobiblion, quondam à Richardo de Burie Episcopo Dunelmensi in Angliâ conscripsum, & unâ cum centuriâ Epistolar. philologicarum ex Bibliotheca Goldasti anebac Francofurti, nuper vero Lipsie 1674. edit. In cuius capitul. I. 2. 3. 4. auctor egregiè ostendit quanta bona per libros proveni-
ans, diffi-

dissiliunt, officulatum disperguntur; & ipse quoque mondicare videntur è subiectis vallibus tumulum quo tegantur. Tabcunt rubigine quæ sunt ferrea, & lima temporis pulverascunt. Altissima quondam Palatia superbis minuta capitibus, nunc ostentant ædium cadavera, è quibus si pars aliqua murorum non tam stare, quæ ruinam perpetuo minari videatur, ea videtur à tempore relicta; ut esset potius ejus trophyum victoriae, quam pristinæ magnitudinis aliquod monumentum. Ubi olim Deorum templa, Imperatorum aulae, Schatorum sedes, Doctorum exercitū fuerant, nanc cubilia sunt luporum, bubonum nidi, latronum receptus. In hac strage annorum, in iis ætatum ruinis, quam magnifice invicta seculis attollant capita VIVACES RELIQUE INGENIORUM PRÆSTANTIUM; quæ riant in morte omnium secusi, & æterna vireant senectute LIBRI ERUDITI, & in libris ipsorum parentes dicat Stoicus Romanus, & sileo: Cætera quæ per constructionem lapidum & marmoreas moles

les aut terrenos tumulos, in magnam eductos altitudinem constant, non propagabunt longam diem, quippe & ipsa intereunt: **IMMORTALIS EST INGENIORUM MEMORIA!** Fortunatus Metellus, qui filiis quatuor succollantibus ad sepulchrum elatus, primis consularibus, tertio tunc, & quarto post paulum consulibus, Vellejum morit ut diceret: *Hoc est nimirum magis feliciter de vita migrare quam mori.* Utcunque sit, tamen *de vita migrat*, & à filiis effertur. Parentes suos non filii quatuor, sed quam **MULTI** prodeunt **IN LUCEM EORUM LIBRI**, morti exceptos & cineri, ubique cum pompa circumferunt, deponunt in omnium manibus, oculis veneracione. Quot suā patriā obscuri, & dote ingenii paucis noti, librorum suorum præconio omnium animos, omnium sibi existimationem & laudem huc usque conciliarunt! - - - Hi Soles Arianarum, quorum radiis floret terra, vigent scientiæ, secula illustrantur, illum honorem videntur promiceriti, quem lucis con-

*Vell. I. i.
Hist.*

conditor lucis attribuit. Primam siquidem illam sua laude, suo inter omnia opera ore dignatur; non tam quod pulchra per se, quam quod quicquid videt pulchrum efficit & formosum. Tantum sibi prædicatorem (ait Ambroſius) potuit Ambr. I.
invenire à quo jure prima laudetur; quoniam hex. 6.9.
ipsa facit ut etiam catena mundi membra
digna sint laudibus. Hi sunt quorum animos Seneca ob meritorū suspicit gloriam, quorum adorat ortum in hanc lucem, quanti viventes calcarunt terram osculatur, momentum illud mœrens luget quo vivis ablati sunt, vocatq; PRÆCEPTO- Sen. Epist.
RES GENERIS HUMANI, ET DEO- 14.
RUM ritu colendos. Cum enim (subde-
ret Vitruvius) tanta munera ab SCRIP-
TORUM PRUDENTIA fuerint hemis-
tibus preparata, non solum arbitror palmas
& coronas his tribui oportere, sed etiam de-
cerni triumphos, & inter Deorum sedes eos
dedicandos.

X X. Talis igitur librorum SCRIP-
TO R, verè FELICIS LITERATI gaudet
elogio famaque dignus perenni, qui non
vulgari solum doctrina ingeatioque præditus,

Dd

verum

verum etiam supra spem, metumque, aut alium perturbati animi affectum est positus, denique extra ostentationem atque ambitionem constitutus uni operatur veritati, uni gloriæ divinæ intentus, viamque sibi per ingenuos labores ad veram & beatam, non vanam & umbratricam illam parat immortalitatem. Satis gloriose quondam Flaccus, suæ sibi conscius præstans exultavit :

*Exegi monumentum are perennius,
Regaliq[ue] situ Pyramidum altius;
Quod non imber edax, non Aquilo impo-
tens*

*Possit diruere, aut innumerabilis
Annorum series, & fuga temporum.
Non omnis moriar, multaque pars mea
Vitabit libitinam. Usque ego postera
Crescam laude recens; & quæ sequuntur.*

Nec minus superbè celebris ille Ovidius Naso in Octaviani Cæsaris invidiam suum consolatus est exilium :

*Jamq[ue] opus exegi, quod nec Jovis ira, nec
ignes*

*Nec poterit ferrum nec edax abolere
vetustas,*

*Cum volet illa dies, qua nil nisi corporis
hujus*

300

*Jus habet, incerti spacium mihi finias
avi*

*Parte tamen meliore mei super alta per-
ennis*

*Astra ferar, nomenque eris INDELE-
BILIS nostrum.*

*Quaque patet domitis Romana potentia
terris,*

*Ore legar populi, perque omnia secula
fama,*

*Si quid habent veri Vatum præfigia,
vividam.*

Quodsi verò tantam profana vanæ gloriæ
mancipia de futura sua immortalitate dulcedi-
nem concepere , ut ejus intuitu cuncta despe-
xerint humana, nihilique penderint fortunam,
neque labores neque damna , non graves aver-
sata sint ruinas , quibus obsecro elogiis illi or-
nandi sunt Scriptores , qui Christi spiritu affla-
ti , in operib; suis per ingenii oblationem
(ut Chrysostomus loquitur) D E O s o l i
sacrificarunt , per sacrosanctos labores ad ve-
ram beatamque immortalitatem viam sibi ape-
rientes , atque longè celsiora pegmata iu æter-
nitatis sacrario obtinentes . Nunquam pri-
scos Ecclesiae Doctores , aliosq; sincerae fidei ac
pietatis christianæ propagatores infelices di-

xerimus, quod vel variis suppliciorum generibus, vel Imperatorum & Præfectorum gentilium tyrannide sint sublati, vel quod exules egenesque aliquandiu vixerint, quodque tot injuriarum & calamitatum turbinibus sint expositi, si doctissima pariter ac sanctissima eorum scripta evolverimus, quibus laudem famamque perennem sunt consecuti. Vivit Martyr ille Justinus, vivetque felicissimus cum Cypriano, Irenæo, Basilio M. Chrysostomo, Augustino, aliisque pluribus qui (ut Horatius exultavit) *Libitinam evitarunt.* Nec ulla unquam tabe corruptentur veneranda illa Doctorum & Antistitum nomina, qui nostro pariter ac superiori ævo omnes cogitationes suas, studia omnia ad divinarum rerum tum intelligentiam tum propagationem contulerunt. Etsi enim laude eximia illi quoque videantur digni, qui vel in lingvarum vel artium & disciplinarum humanarum studio ætatem transegerunt; imò plurimos stilus spectabiliores longè fecerit quam alios ensis, [non secus ac C.J. Cæsarem, qui styllo etiamnum vivit, postquam pridem ense miserrime occupuisse]; longè majorem tamen beatæ istæ animæ Divinæ tantum litantes gloriae merentur commendationem. Quantò enim æterna mundanis, immortalia caducis, divina humanis antecellunt, tanto illi reliquos Scriptores longissimo post se relinquunt intervallo. Quorundam profanè doctorum vastos scri-

scribendi conatus mors subitanea inferemis, ut
 rapidissimo fato abrepti sint eo ipso tempore,
 quo (sicuti de Bartholomæo Leonico Pierius
 Valerianus memorat) immortalem sibi gloriam ^{Pier. de}
 comparare laborarunt ; Alios nimia scribendi ^{litter. In-}
 assiduitate interemptos fuisse legimus , veluti ^{felicie lib.}
 Paulum Decanalem , qui dum præstanti labore ^{II. p. 164.}
 Ptolemæi Geographiam non tam temporum , ^{Idem lib.}
 quam imperitorum hominum injuria passim
 depravatam incolumenti pristinæ reddere ^{I. p. 58.}
 contendit , tam utilem & jucundam humanis
 ingenii cognitionem brevi exhibitus , ex
 nimia scribendi contentione , rupta intra pectus
 vena ita sanguinem evomere coepit , ut mox
 perpetuae datus sit quieti ; Quinimò quosdam
 ex nero dolore ob scripta perdita periisse , vel
 immedicabili contabuisse ægritudine cognoscimus , quos inter Avorum nostrorum memo-
 ria emicuit Jacob⁹ Constantius , qui (teste laud. ^{Idem}
 Pierio) tristem librorum à se conscriptorum ^{Pier. lib.}
 jaçturam immoderatus ferens , morbosum ani- ^{II. p. 160.}
 mi contraxit æstum , quo in dies horasque cre-
 scente miserè est extinctus . Nihil tale novère
 majori Numinis afflatu perculsi scriptores , qui
 omni ævo singulari cum industria , pietate , gra-
 vitate imò bonorum omnium applausu con-
 scripta volumina edidere in publicum , atque
 plus ceteris laborantes , Sacro - christianam
 rem non exiguo locupletarunt augmento . Hī
 (quicquid ipsorum monumentis olim obvenerit)

de invidiâ, de scelere, de hæresi, mendacio, ipsâ morte denique feliciter adeò triumpharunt, ut non modo post busta sua & cineres sint etiamnum superstites, verum longè diutius perennante scriptio[n]is fructu, quam ipsorum librorum vitâ, fulgeant sicut stellæ firmamenti in perpetuas æternitates. Aclicit quædam forte ipsorum scripta perierint, memoria tamen eorum, hominum doctorum & eloquentium testimoniio celebrata, quinimò Solis ipsius radiis inscripta nulli dabitur oblivioni.

X XI. Itaque FELICI ex infeliciū casib[us] & periculis SCRIPTORI opera præ-
primis navanda est, ut recta gaudeat intentione, h. e. labores suos divinæ gloriæ proximiq[ue]; utilitati consecret prius, quam eos perficiat atque comunicet cum pluribus; dein ut ea quæ ad legentium fructum parare constituit, optimo ordine atque eleganti digestione conscribat, cum magistrâ experientia constet, ea quæ ordine instituuntur, minore laboris ac temporis impendio perfici, nec solùm citius & commodius, verum etiam rectius solere absolvit. Sed & sollicitius ea à literato sunt elaboranda quæ chartis mandantur, quam quæ dicuntur ex tempore, si modo rata atq[ue] haud pœnitenda illa esse debeant. Curam inquam seriam adhibeat scriptor piè-cruditus, ne illotis quod ajunt manibus tantum suscipiat negotium, Euripides οὐλαζειν, quæ hæc ipsa cura est, utilissimam

dixit

dixit esse Dearum, cum scientiæ lumen adhibeat operibus, abstrusa penetret, revelet opera, illuminet obscura, cuicunque scriptori hæc adest virtus sinceræ sociata pietati, hoc asseretur, ne animus unquam negotio desit, nec votis successus. Optandum quoque esset ut qui scriptis edendis operam navant, tot frustra editorum librorum causas atque rationes sibi revocarent ad animum, quas Bartolus in saepe ^{Bartol.} laud. opusculo ad h. m. exposuit : Prima est ^{charact.} quod multi nihil se putant egisse, si librum edi- ^{lit. p. 336.} derint, nisi Bibliothecâ libris suo Marte cufis ^{sqq.} Orbem ditaverint.

Hinc oblitera modi, millesima pagina surgit. Juven.
Omnibus, & crescit multa damnoſa papyro. sat. 7.

Volumina centum, mille chartarum singula cum ediderint, iis unius ingenii tot partibus, unius mentis, unius studii & styli tot filiis incedunt tumidi, nec animadvertunt famam & gloriam haud quaquam librorum indigestâ turbâ, sed delectu parari, nec æstimari numero, sed solo pondere. Numeret sanè opus editum centum volumina, cum Aufonii echone de se profiteri hoc poterit :

*Aëris & lingua sum filia, mater inanis
Iudicii, linguam qua sine mente gero.*

Quam sensatè & pulchre libros Dömitius Piso
THE SAURO S ajebat esse O P O R T E R E

non libros ; verba totidem gemmas ; pars numero paginarum monilia ; ut quicunque legerit, decenni authoris labore horâ unâ diterur. Heu ! illa ætas quo abiit ? quò mos eximius , scientiarum mel committrendi ceris tenacibus ? Quo descendebat lentius styli cuspis in tenacem ceram, hoc erat morosior in cogitando mens , hoc maturius quod cogitayerat. Nunc verba digitis calamus præripit , capiti cogitata, utraque tanto leviora, quanto minus perpensa . - - Si dicturus es in confessu centumvirum sapientissimo , & omni doctrinarum genere exculto ; malles eorum aures indiscriminatim verbis vulgaribus & impolitis, delectu nullo nec ordine nec soliditate profanare ? annon gemmas si posses , & aurum loquereris ? Et non vides Te libris quidquid ubique Orbe toto doctorum hominū & sagacium est affari , qui legendi tui & audiendi studio tenentur ? Quin tu potius Phocionis consilio uteris, qui rogatus, quid tam diu cogitabundus animo versaret ; sum inquit dicturus ad Athenienses, & verba retracto singula, ne quid excidat mihi, quod forte dici minimè deceat . Tu igitur qui scribere , qui scripta in publicum emittere cogitas , juxta prudens poetæ monitum : *Laudato ingentia rura , exiguum colite.* Moles voluminum gigantæas nulli invideas ; *zemulare si quid in iis est rarum & auro dignum :* scribe aliquid quod solum multorum

&

& laudem & pretium æquet. Altera origo editionis librorum infaustæ infelicisq; delectus est
INIQUÆ MATERIAE, & cui sustinendæ par desit ingenium. Ode, epigramma, simile aliquid typis est datum, & placuit, singitque mox animus se ad Heroica & Tragica vocari:

*Non ideo debet pelago se credere, si quæ
Audet in exiguò ludere cymba lacū.*

Metire humeros de onere quod moliris, post si videbitur par oneri cervix, tolle sis onus, & be- *Hieronim*
nè ambula. *Prudentia hominis est, nosse mensu- contra*
ram suam, nec imperitia sua Orbem rostrem facit Vigil.
re. Jungatur Briaræo Argus, nec centum præcipitent ad scribendum manus, nisi centum illis oculi præstò sint. Ne te campus ingens nobilis argumenti sic importunè sollicitet, ut non sinat te alas & vires prius attendere, quam Te aëri credas. Alas remitte, quibus altius quam decet eniteris; & in hoc ciconiæ pullos à nido recentes imitare; alioqui certius ad casum quam ad volatum impelleris. - Tertia causa frequentiorum in edendis libris aborsuum verius quam partuum, IMPATIENTIA est fœtuum formandorum prius quam eduntur. Frustra illis sed cautè occinit scribendi magister & canendi: *Non iam premeatur in annuus &c. Horati* Quid igitur mirum si fungis unâ hora hæc, in arte intra duas marcescat; & nostra (quod ajebat pecc.

Dd 5

Plato

Plato) lucubrationes in hortos mutentur Adonidis, qui subito & uno dis nati, celerrime perenni. Viri docti quo scientiores & sapientius cordati, hoc semper fuere in censurâ sui acrioris. Gnarus quisq; illorum se sua auribus, oculis & examini credere Virorū sapientum & eruditiorū, ita Bartolus. Nec male Theophilus Raynaudus in eleganti suo de bonis & malis libris opere observavit, plerosque Scriptores in libris suis edendis justo esse celeriores, ut mirum non sit irrepere in eos quod gravi sit dignum censurâ ac reprehensione, cum ipso Apuleo animad-

*Theoph.
Rayn. de
Bonis &
mal. lib.
p. 319.*

*Apul. lib.
de Deo.
Socratis
sub. ònis.*

vertente, nulla res possit eadem esse festinata simul, & examinata, nec sit quicquam omnium, quod habeat & laudem diligentia simul, & gratiam celeritatis; quinimò ipsa natura nos edoceat, foetum non statim post conceptum esse exponendum luci, sed formandum prius quam in apertum exeat, pariter formanda & fingenda sensim esse ea quæ ingenii uterus conceperit, ne foetus abortivi [musteos

*Plinius
lib. VIII.
epist. 21.
Sidonius
lib. VIII.
epist. 3.
L. Vives
lib. 5. de
discipl. in
fine
Plin. lib. 9.
ep. 33.*

ut, subventaneos ejusmodi foetus summoperè improbantes] Orbis erudit istantur conspectu. Et quamvis [pergit Raynaudus] in tantu tradendis ea vita brevitate non placeat Ludovico Vivi suppressio, cum partus humanus tantum sit non imēstris, nimiamque limam ipse Plinius impro-

improbet; tamen præstat tarditate quam præcipitatione peccare, certumque est quod Quintilianus prudenter monebat, opus jam conscriptum aliquantis per seponendum esse, ut qui conscripsit ad illud postmodum refrigerato inventionis ardore tanquam ad alienum redeat ut lector non ut author, siquidem ex ea retardatione judicium limetur & expoliatur. Similem curam qui prætermiserit, & libros fundere potius quam edere diu pressos longaque lima expolitos laborarit, ac ut est apud Hieronymum foetus suos evolare de nidulo siverit, & temerario editionis honore vulgaverit, non mirabitur, si pro bono libro fungum emittat, proque sperata laude & approbatione gravem censuram & reprehensionem reportet, quin immò ab illis ipsis qui ad scribendum & edendum adulando perpulerunt, vel coram opus laudibus ornarunt egregiis, irrisiones sannasq; tandem consequatur. *Ne ad scribendum cito proficias* (ita Rusticum laudatus Hieronymus prudentissime admonuit) & levide Epist. ad caris insania, multo tempore disce, quod doceas, ne credas laudatoribus suis. Immò de forma irrisoribus aurem ne libenter accommodes; qui cum Te adulacionibus foverint, & quodammodo impotemmentis effecerint, si subiecto respexeris, aut ciconiarum deprehendes post

post te colla curvari, aut manu auriculas agitari a fini, aut astuans em canis protendi lin-

Plin.lib. guam. VII. epi 17. Cogiter (Plinio fuggerente) Scriptorum quilibet, quam magni sit dare aliquid in manus hominum, s^ep^eque tractet, quod placere & semper & omnibus cupiat. Quæcumque igitur scripserit literatus, diutius habeat præ manibus, retractet eadem, iterum ac tertio ad examen revocet, cum libris s^ep^e idem quod plantis accidere soleat, ut quæ tardè crescent firmiores sint, ex verò in quibus præropa luxuries efflorescit, celerius pereant. Quā ipsa persvassione imbuti scriptorū prudentissimi (dicente rursus Bartolo) ex iis quæ elucubrarent nihil prius judicio publico commitunt, quam intimi cuiuspiam sui censoræ crediderint, sed cordati ac fidi, qui dicat pro imperio R E P E T E ! at si non ante quam missis in lucem libris deprehendant se reos esse alicujus nævi, manu ipsimet spongiae admota castigant, retractantq; ut boni pictores opus nondum arte ultimâ perfectum, sed illo adhuc Polycleti & Apellis solenni suspensum lemmate, FACIEBAT, tanquam inchoata arte & imperfecta, ut contra judiciorum varietates superesset artifici redditus ad veniam, velut emendatio quicquid desideraretur, si non esset interceptus. Hujus prudentiæ clarum præbuit documentum Vir longè clarissimus Hippocrates,

D. Bart. char. lit. p. 234.

tes, quem sua quædam de fractura capitis revocare non puduit. Et cum nemo felicis adeò sit limpidique ingenii, quin aliquas in tradenda scientia luce emittat ignorantia suæ umbras, hinc dedecori Scriptoribus nemo facile adscribet, nec propterea è doctorum circulo illi excludentur, si in emendandis corrigendisque erratis suis sint faciliores. *Nimis perversè se amas* (inquit Augustinus in Epist. ad Marcellinum) *qui & alios vult errare, ut error suus lateat.* Nihil àquæ cordato pioque Scriptori curæ esse debet, quam ut tum ipse, tum alii quos erudire conatur errare desinant. *Non pigebit me,* ^{August.} *ait rursum laudatissimus ille Doctor Hip-* ^{I. I. de} *ponensis) scubi hasito querere, scubi erro Trinit.* *discere, proinde quisquis bac legis, ubi par-* ^{c. 2. 3.} *ter certus est, pergit tecum, ubi pariter ha-* *fitur, querat tecum, ubi errorem suum co-* *gnoscit redeat ad me; ubi meum, revocet me.* Utinam idem cunctis Scriptoribus christianis esset animus, consimilisq; modestiæ charactere illi essent conspicui, nec injuriosam sibi esse putarent nævorum postliminio deprehensorum, sollicitam emendationem, nec adeò facile irascerentur cordatis monitoribus, meritò agrè fermentibus si (quod in veteribus Romanis hodiè ridetur) errores publici pro ipsa veritatis regula habeantur. Utinam ita optamus insuper Romanes librorum conditores (ne sibi pariter

ac

G. J.
Voss de
Cognit.
sui pag.
30.

ac lectoribus suis , quin & seræ posteritati tur-
piter imponere velint) saluberrimi illius præ-
cepti Delphici essent memores , atque serio
autoxywias studio invigilarent prius , quam
de edendis ingenii industriaeque suæ monu-
mentis sollicitè eogitarent , præsertim cum sa-
pè accidat , ut Scriptores etiam ineptiores ob-
qualemcunque nominis intumescant celebrita-
tem , eamque [licet non habeant ,] habere ta-
men sibi videantur . *Nulli* *siquidem* (præ-
clarè dicente Vossio) *iis* *defunt laudatores* ,
& ut adulatores absint , sibi quislibet adula-
tur , suosque etiam deformes amat fatus .
Ne igitur fucum Scriptor faciat & sibi ipsi ,
& aliis seculi sui imperitis lectoribus , inge-
nii doctrinæque suæ vires justa lance ponde-
re a prius , quam argumenti nobilioris tractati-
onem meditetur , cogitet etiam sollicita mente ,
utrum Scriptorum aliorum inventis quædam
adjicere possit majorem spirantia genium , &
num post tot tantaque volumina in lucem e-
missa operis à se conscripti editio Ecclesiæ vel
Orbi eruditò adeò sit necessaria ? Neque verò
sibi soli in tanti momenti fidat negotio , verum
aliorum etiam (ut paulò ante monuimus) &
doctiorum & candidiorum hominum calculos
adhibeat , non contentus scil. secum cuncta
probè perpendisse , ea veterum laudatissimo
more communicet quoque cum prudentiori-
bus

bus aliis, horum judicia exposcat, & rectiora
 haud difficulter sequatur monita, Magni cum-
 primis Ambrosii exemplo & documento illu-
 stri incitatus: Is siquidem librum à se conscri-
 ptum judicio & censuræ Sabini sui subjiciens.
Ambros.
Nestio (scitè pronunciavit) quomodo pra-
 ter imprudentia caliginosa, que me circum-
 fundit, unum quemq; fallunt sua scrip*ta*, &
 aurem prate*re*unt; at q; ut filii etiam defor-
 mes delectant, sic etiam Scriptorem indeco-
 res sui sermones palpant. Incautius ple-
 runq; aliquid promittur; aliquid accipitur
 malevolentius, aliquid exit ambiguum. Tunc
 quia alieno examinanda judicio, non pro nou-
 stra debemus magis, quam aliena opinione
 trutinare, & discutere omnes scrupulos male-
 violentia. Tam severæ hâc in parte diligentia
 Plinium fuisse constat, ut primo secum ipse
 quæ scripserat exactè pensicularit, deinde au-
 tribus duorum aut trium commiserit, ex vultu
 ipsorum pendens, mox aliorum etiam flagita-
 rit notas, easq; si ambigeret, cum uno aut alte-
 ro denuò expenderet, postremò recitatione so-
 lenni auditorii totius judicia voluerit experiri,
 quemadmodū etiam alii Scriptores veteres co-
 ram frequenti auditorio scripta sua relegere, &
 ex singulorum vultibus tum laudes tum culpas
 observare conservarunt. Tutissimè turpis
phil-

philautiæ noxa vitabitur, & quæ plurimos decepit proprii ingenii fiducia reprimetur, si eraditi scriptores monumenta sua cum aliis lumbenti animo comunicent prius, quam ea Orbis eruditæ sistant conspectui:

Quippe est mos homini, quicquid sibi fecerit ipse,

*Ariau.
fab. I.4.*

*Vile licet maneat, comprobat ipse sa-
men.*

*Nolo velis rerum quicquam laudare rug-
rum,*

Alterius nisi fint ore probata prius.

Quem obsecro latet sæpè viros eruditos (ut non nemo loquitur) paratragœdiare, ac suis ipsorum scriptis nimiū lenocinari, eadem confiden- ter æque ac audacter in oculos manusq; hominum mittentes, quæ tamē potius in scriniis ocultanda aut blattis essent ad corrodendum relinquenda. Cum itaq; frequens indulgentia sui nesciat habere delectum, ideo Scriptores doctiorum stare judicio, atque (ne futilibus ineptiant inventiunculis, quin & toti turpiter imponant seculo,) acrem judicii non tam sui quam alieni limam etiam atque etiam adhibere deberent; Cavere etiam strenuè ne ab illaudatae novitatis sive singularitatis, & perniciose temeritatis peste corripiantur, nec extra suscepti argumenti limites facile oberrant, aut copiæ studio, vel judicii defectu volumina in immensum cresce-

te patientur, non quod magnum est id semper bonum esse cogitantes, sed quod bonum, etiam magnum esse mole licet exiguum sit ex Demosthenis sententia statuentes. Curæ ipsis juxta Sidonii notabile monitum sit, ut causam potius seu argumentum impleant quam paginam, neque id solum agant, ut volumen turgescat & infletur, verum ut aurea potius & gemmea quædam scriptis inferantur, certo tertius sibi persuadentes, nunquam grata lectori acceptaque fore, quæ præter rem intrusa deprehenderit. Haud imerito multis quoque displicet genus illud Scriptorum, qui plura libris suis complectentur quam commodè stringere possint, tam vasta saepe saepius argumenta aggredientes, ut arbitrentur promissos sibi à divino Namine Nestoreos annos, quibus perficiant, quæ æterni laboris impendio moliuntur, cum vivere plerunque desinant, dum scribere cœperunt, longè melius facturi si illius consilium caperent ductumque sequerentur, qui apud Propertium Mecænatem hunc in modum Proper-tiu[m] Eleg. compellavit:

*Quid me scribendi tam vastum mittis in a. 3. ad
quor?*

*Non sunt apta mee grandia vel a rati.
Turpe est quod nequeas capiti committere
pondus*

*Et pressum infexu proderet erga genu,
Ec Omnia.*

Omnia non pariter rerum sunt omnibus apta

Flamma nec ex aequo dicitur ulli jugo.

Nec minus strenua Scriptoribus christianis opera navanda est, ut debitam in parandis adornandisque suis monumentis modestiam atque decentem reverentiam adhibeant, ne idem incurvant vituperium, quod operis alias famigeratissimi, (sub ROME SUB TERRA NAE titulo editi) authorem Anton. Bosium ex Jani Nicii Erythræi relatione exceptit. En verba ejus singulari digna observatione :

Janus Nic. Eryt. Afræ filius, paternum genus corporis brevitatem, maternum fusco oris colore resebat. - - Ejus non solum adolescens, sed corroborata etiam ætas, fuit liberius. Amicis utebatur dissolutis, impuris, & simul optimis viris deditus erat : in nocturnis bacchationibus & vigiliis, in comediationibus ac conviviis, nemo erat qui eum jocis, hilaritate amoenitateque antegcederet ; deinde cum tempus, res & negotia poscerent, nemo illo gravior, nemo prudentior, nemo consilio, diligentia, ac sedulitate superior inveniebatur ; libido sic accensus, ut cam, ubi facultas datur, expliceret, unde ancipites conjectus in

p. 233.

Pinas. I.

in morbos, vitæ periculum subiret. -- Intercedebat illi vetus usus consuetudo que cum fratre meo, hominè mirè ad ejus mores factò, à quo, cum maxime in eà cogitatione versaretur, perductus est in cryptas, seu arenarias, quārum Romæ magnus est numerus, contortis, ac labyrintheis inter se flexibus implicatas atque connexas: in has, veteres Christiani, primis Ecclesiæ recens natæ annis, minacissimis Imperatorum edictis perterriti, ad collectas, ut aiebant, celebrandas, ad Christi corporis & sanguinis mysteria percipienda, & ad sermones de divinis rebus audiendos conveniebant: quorum ille locorum situm, immensitatem, rerumque in eis contentarum varietatem admirans, voluit illuc saepius reverti, ac singula diligentius investigare atque perquirere; & cum magis magisque admiratur, statuit, rem fore dignam, in qua omnes nervos ingenii industriæque suæ contenderet, si videlicet cryptarum earum superficiem, aditus, aulas, aras, imagines deseriperet: itaque fratre meo, qui erat carum regionum peritissimus, ac

pluribus aliis adhibitis, multorum annorum studio, incredibili labore, magnisque sumtibus perfecit illud opus, cui titulus est ROMA SUBTERRANEA. Cujus operis eleborandi gratia, aliqua in speluncis illis sanctissimis non religiosè facta narrantur ab hominibus minimè religiosis. Ibant illuc cum eo semper capita hominum, quinque vel sex, & cum igniarijs, unde cereos, si eos contigisset extingui, rursus accenderent. Et quia nunquam ferè eò se conferebat, ut paucas ibi horas consumeret, sed ut minimum, triduum vel quatriduum contereret, opiparis obsoniis, ac præstantissimi vini amphoris instruitus, sese istuc inferebat; adducebatur etiam cocus, qui prandium ac coenam coqueret, cum suis omnibus instrumentis, videlicet cum ollis, mortario ac pistilo, sartagine, abeno, patinis, aliisque ejusmodi vasis; ac postquam multum temporis ei rei, propter quam venerant, datum erat, Cereri jam & Libero, ac solitis bacchanationibus reliquum tempus deberi omnium vocibus significabatur; nec mo-

ra

ca, exornatum ibi convivium inibant,
 quod non silentio, neque ea modestia,
 quam loci illius sanctitas poscere videba-
 tur, sed cum clamore, jocis, facetiisque
 pluribus, atque effusissimo omnium cum
 risu celebrabatur; bacchabatur in eo pa-
 tera bibris, hoc est, bacchantis more, hac
 illac volitabat, ac plena & inanis, sine ulla
 intermissione, fiebat; personabant specus
 illi convivarum vocibus, madebant pavi-
 menta vino, redolebant fornices nidore
 culinæ, quivis ut severior, cum ex aliquo
 aditu, quorum aliquot in circumjectis
 ibi campis vinetisque cernuntur, venient
 tem ex cavernis illis debacchantium stre-
 pitum accepisset, non illic versari homi-
 nes, sed bacchari dæmones, non opus reli-
 giosum elaborari, sed Baccho sacra fieri,
 vel evocari ab inferis manes declamasset.
 Ac per hanc rationem confectus est liber
 ille eruditissimus atque doctissimus. Ha-
 ctenus de Anton. Bosio Janus Nicius. Hujus
 itaque scriptoris periculo omnes librorum con-
 ditores discant quantam reverentiam ac cir-
 cumspictionem adhibere debeant si consimi-
 lis vituperii probrum incurtere nolint. Quod
 agunt pie agant decenterque, quantique mo-

menti res sit posteritatis negotium suscepisse
etiam atque etiam considerent.

XXII. Quandoquidem verò [ut scitè non-nemo ait] magis sit in hominis potestate scribenda facere, quam scribere legenda, hocq; rariissimi ingenii sit ac paucorum, hinc illis præcipue suscipiendum esset scribendi negotium, qui in eo quod tractare instituunt doctrinæ & eruditionis genere veluti communes quidam [ut antea Seneca dixit] generis humani præceptores esse queant, optimis etiam ad perficienda molimina sua instructi subsidiis, eoque stili seu dictionis charactere gaudeant, qui susceptæ potius tractationis argumento & peritorum menti quam inepto legentium judicio accommodatior videatur. Non malè etiā Seneca monuit; *Animo semper scribendum esse non auribus;* prout enim Scriptor affectus fuerit, erit ut plurimum & lector. Omnia sapientiorum Virorum oraculo vulgatum est, in severioribus, & ad communem utilitatem magis pertinentibus disciplinis non fucatum adhibendum esse sermonem, sed veritatem puram, ne perstrepentibus tot inanibus verborum lenociniis rhibicines potius cecinisse, quam philosophi aut sapientes Viri dixisse aut scriptisse videantur, cumq; rerum varietas & multitudo, varium sèpè ac multiformem stylum exposcat à doctioribus haud abs. Scriptores aut Atticum aut

Seneca

Epist. 190.

aut Asiaticum scribendi genus semper exercentes reprehenduntur, pariter ut ii, qui (inannis gloriae oestro perciti) speciosos adeo atque illustres operibus suis solent praefigere titulos [quos jure Seneca oculifera appellavit] ut cum vestibulum libri quispiam inspexerit, credit esse regiam domum, gaza regia instructam, quod intrandum sibi putet etiam cum periculo vadimonii, sed cum intraverit, sperata illa mox exuatur felicitate, cogaturque dicere, quod de inventa hominis larva apud Æsopum Simius pronunciavit. *Quam multi libri* (ita notanter Bartolus) preferunt inscriptiones propter ^{Bart.} quas vadimonium deferi posset ? quarum in- char. lit. specto fastu mox occurras illud Horatii : p. II. pa-

333.

*Quid dignum tanto feret hic promissor
biatu ?*

Currunt impatientibus oculus & manus plerique, illis ad legendas, istâ ad versandas chartas, at cum intraveris Diis Deaq ! quam nihil in medio invenies ? nisi forte Africam quandam, cuius ora amena ; mediterranea magnam partem arena sunt steriles, deserta, glabrum nudissimum. Prima huiusmodi librorum folia Parrhasii velum esse dixeris, tam artificiosè depictum, ut pra- Ec. p. vero

*Seneca
Epist. 66.*

vero haberetur velo, & pictura sub eo ali-
qua datere credaretur. Zeuxis certè eò de-
lusus, flagitavit tandem remotolinte ostend-
di picturam; sed aliud nihil invenit pra-
ter velum, quo mendax penicillus hominum
oculis imponebat. Sic inquit Seneca specia-
fa & magna cotravisentibus, cum ad pondas
revocata sunt, fallunt. Sic poma Sodoma,
primâ cute blanda & florida, manus & oca-
los falso colore alliciunt, intus cinis. & fu-
mus ubica frigeris in auræ dissipantur. Se-
qua illic poma cernantur inquit Tertullianus,
oculis tenuis, ceterum contracta cinere-
scunt. Misericordia plane doctorum homi-
num, qui sumto avidè in manus librorum,
eiusmodi aliquo, pro veris rebus fallacem
opticem, & inanes colorum prestigias, pro-
Junone compta ex divite, nudam nubem re-
periunt; suaq; falsi expectatione plus do-
tent jacturam temporis in eo legendo, quam
pecunia in emendo. Piscantur in eo tam diu
donec fastidio vitti dicant, nil cepimus.
Pervolitant curioso instinctu, quæ se prodit
exoticorum sensuum aliquod specimen, aut
nova ad dicendum structæ machina, mox
Zeuxidis pictis uvis illusa aves, sic illi
alii

à librorum avidam sciendi famem specioso
 fuso pellicientium inani lectione, quam fa-
 melici venerant, tam jejunī recedunt. Mo-
 destæ igitur librorum inscriptiones decent.
 Virum piè literatum, nec min⁹ simplices & per-
 spicuæ, ut statim ex eo quod est in limine &
 fronte operis judicare lectores possint quid la-
 teat in recessu. *Magnum vitium* (ait ille)
est in edibus atrij obscuritas, ac nemini in-
gredienti non molesta; ac proinde librum
voce vel sententia tam obscura inscribere,
ut lector bareat, nec nisi consultis inter-
pretibus eam intelligat, est offundere tene-
bras, non lucem affundere. Non nisi planos
 & perspicuos. Veteres suis libris titulos
 præfixere, si scripsere de re Medicâ. ut Cal-
 sus, si de Agricultura ut Columella, si de re bel-
 lica ut Vegetius, si de animalibus, de Moribus
 de Metaphysica ut Aristoteles, si de beneficiis
 ut Seneca, si de institutione Oratoria ut Quin-
 tilianus, si de Officiis ut Cicero & postea Am-
 brosius, si de Sacerdotio ut Chrysostomus, si
 de Hæresibus ut Irenæus, & Epiphanius, si de
 cura pastorali. ut Gregorius Magnus, nullum
 alium titulum præposuere, quam qui prima fa-
 cie & obtutu libri argumentū & authoris con-
 filium lectori indicaret sine ambagibus, tituli
 obscuritatem pariter vitantes ac nimiam peri-
 odorum prolixitatem, cum ea & fastidium le-

genti afferat, atque à legendo avocet, quemadmodum ingentem brevitas creat voluptatem, & legendi auget desiderium. Verum hæc leviora pervagatioraque sunt scriptorum vitia, nec tantam ea committentes incurruunt bonorum censuram, ipsiusque Sacro sancti Numinis indignationem, quantam illi subire coguntur, qui inanis gloriæ (de qua nobis potissimum sermo fuit hactenus) fupo obnupti, non nisi *fama laudisque* inhiant inanitati, eamque cœcis etiam viis & improbis captare artibus non dubitant, quemadmodum Andream Thevetum inepta adeo ambitione animum ad scribendos libros applicuisse Thuanus memoravit, ut eos alieno plerunque calamo exaratos, & ex vulgaribus itinerariis sarcinatos librariis miséris pro suis venditaverit. *Nam alioqui* (pergit Thuanus)

*Thuanus
Histor.
lib. II.*

literarum antiquitatis, atq[ue] omnium temporum rationis supra omnem fidem fuis imperitus, ut ferè certa pro incertis, falsa pro veris summa fiducia semper scribebat. Evidem memini, cum amico quidam mei Viri docti & emuncta naris ad eum animi gratiâ venitarent; me prefente tam absurdâ quædam, tam ridicula, quæ pueri vix crederent illi persuasisse, ut ipse risum non tenerem, ut me hodie misereat multorum, qui cum in libarum plurimam videant, agyra tamen illius fucos non solum non pervideant, sed ejus non

men quotidie in libris suis honorificè appellant; mirariq; sapientia subiit, qui fieri potuerit, ut homo, cui tam facile imponeretur, tanti nominis Viris tam turpiter imponat? Ad eundem ferè modum Scriptores alii complures & sibi imposuere & seculo, conductis nonnunquam aliquibus, à quorum industria interpunctiones stilus accipiat, quiue operis rationem & formam melius exponant, licet ipse & liber nihil vel parum habeat proprium ejus, qui author inscribitur, siquidem is nārias suas, vel ubique decantata præcepta, nec nova dote exulta, novis duntaxat magnificis- Mamert
que titulis exornare soleat. Non malè hujus lib. II. de farinæ Scriptores Mamertus descripsit ad hunc statu A- modum: *Istic ille laudatus, ne infra lau- nim, c. 9.*
dantium videatur stare judicium, panniculos,
quosdam ex diversorum varia lectione con-
cēpit, eosdemq; velib; suis, veluti quibus-
dam stuporis assuit, laceroq; vestitu palliatus
incedit. Quid igitur? Nefasne est illustrare suo stilo & ingenio argumentum, in quo jam desudarunt alii? estne id in alienum chorūm (quod dicitur) pedem, vel in alienam messem immittere falcem? Num vile aut ineptum est ex decerpis undique storibus texere coronam? Vossius
An Scriptoribus laboriosis laudis nihil vel tro- in pref.
buendum vel sperandum (ut cum Vossio Theol.
loquar,) propter ambitiosulos quosdam, ingentilis.
strenua.

strenua inertia & ingenii & facundia laudem solis sibi vindicantes, aliis relinquentes dunt taxat laboris gloriam, cum Arcadico ut logui amant pecore communis? Multum interesset (respondebit Seneca,) utrum ad consumptam materiam, an ad subactam accedas. Is deum bono jure ad occupatum ab aliis argumentum stilum applicabit, qui non actum [ut proverbium vetat] agere constituit, sed vel controversa hactenus ad liquidum redigere, vel [Apuleo dicente] *omissa inquirere, aut defecta supplere, aut denique eadem ordinatus & cohilius conscribere conetur.* Is

Seneca
E. ist.
79.

Bart.
obarrati
lit. rag.
167.

porrò alienos labores licet in suos vertere potest usus, qui [sæpè laudato Bartolo monente] *solerti optimorum scriptorum studet imitatio*: *Furta lucis de solari curru (quem lubens interpreter ingeniiorum præstantium librum, & veritatis triumphalem currum,) non sunt omnia rea Caucasi & Aquila voracis.* Fas est multa ex eo tollere impunè, sed quo more crystallus exceptos radios reflectit in Solem cum fænore, tantum abest ut quicquam eis detrahatur; non autem ut Luna, qua tam male fide lumen à Sole accipit, ut cum fuerit Sole propinquior, & lumine plerior, tunc solent à quo illuminata est obscurentur. Apes potius ingeniosæ pariter ac prudentes felici sunt imitandas Scriptori, ciq; sollicita navanda est ope-

ra

râ, ut nulla odoris depravatione, nulla venu-
statis labeculâ, nullâ integritatis iminutione
succus ex floribus colligatur. Tolle ab aliis (per-
git Bart.) quod lubet, verum à Te de tuos sic
perfice, ut esse illorum desinat, tuum fiat.

Quomodo adamas radium lucis quem fundo
excipit, tot multitudine colorum variat, ut
sola faciat pulchriorem. Omnidò bonorum au-
thorum industrios imitatores (ita supra laud.
Thomasius) sive ipsorum verba moderati-

onem debitam adhibentes, diversis accomo- Thomas.
dant. sensibus, sive, quam imitandi ratio de plag.
nem alteram proponit. Julius Poggianus, sen- liter. §.
142.

Sum ipsorum commutatis reddant verbis, que
tales culpari non debent, aut cum furibus, ni-
si laudabilem insensum comparari. Sic de
tranquillandi animi præceptis plures scripsere
è veteribus, eademque post Democritum Se-
neca, post hunc Plutarchus exposuere; Lon-
go post Vellejum intervallo Resuza Romana-
rum compendium Florus quoque scripsit, ille
profuentius, hic argutius, ille nitidius, hic
pressius, & tamen in singulorum commentari-
is posteritas quod probaret invenit. Sic suum
adversus gentes Apologeticum ex Justino Ter-
tullianum, ex isto Octavium suum Minutium,
ex hoc denique Cyprianum suam idolorum
confutationem expressisse, multa & opisissime
& de suo quolibet contulisse observarunt a-

līi, neque Cypriano vitio vertentes, quod varia Tertulliani volumina solo stili jure in suum nomen ingeniumque adoptarit, cum palam illum Magistrum suum sit contestatus. Nil sanè impedit quo minus hujusmodi Scriptores prōnunciemus FELICISSIMOS, qui instar apum ex variis floribus frondibusque tam subtili vi medullam colligunt, eamque suo spiritu ita in unam mellis dulcedinem immutant, ut omnia ipsorum & mente concepta & stilō nata apparent, adeoque ea quæ lectione haūserunt, non sicca & cruda exprōmant, sed potius vim eorum exprimant, & ex variis illis lineamentis ingenio suo aliud unumque corpus vel syntagma forment, omni carentes studio, ne quicquam alteri detraxisse, aut nævis aliorum literariis tanquam flagitiis insultasse, aut vana scientiæ persvasione ultrò publica male-dicentia certamina appetiisse videantur. *Quantillum est [ait scitè Vossius] benè de aliis merori, si de nobis male mercamur;* uti fit, si studia in nobis primò fastum pariant non modestiam, dein ad æmulationem & horrendam animorum provocent commotionem, quā p̄tēstantissimi nonnunquam scientiarum antistites afflati, male de aliis, pessimè de semetipsis sunt meriti, atque extremum tandem & famæ & vitae [ut nihil de anima dicam] subière periculum. Adeò veræ eruditioni agnata est humana-tas atque æquanimitas, ut quiddam habeant insociabile, quod si svavissimæ huic sororū

*Voss. de
cognit.
sui pag.*

32.

rūm bigæ accedat christiana sinceraq;ue demis-
 sio, omnisq;ue vanæ & inanis gloriæ sollicita-
 fuga, tot tantisque virtutum radiis collustratus
 felicissimi & Doctoris & Scriptoris animus fe- *Aloys.*
 reno semper cœlo, mente semper tranquillæ, *Novar.*
 denique exoptatissima & F A M Æ & A N I- *part. II.*
 M Æ I M M O R T A L I T A T E gaudebit. *Encyclop.*
 Rogatus aliquando à Gabriele Naudæo *Epistola.*
A L O T S I U S N O V A R I N U S, ut ope- *ext. Tom.*
 rūm suorum quæ aut ediderit, aut editioni pa-
 raverit syllabum emitteret, cum ista ferè cun- *II. opus-*
 ctis sint ignota, illa omnia non omnibus nota, *scol.* Ve-
 pleraque exterorum notitiam huc usque effu- *rona*
 gerint; Novarinus memorabilem admodum *1644.*
 Naudæo rescripsit epistolam, quâ illustre Scri- *editor.*
 ptoris & humanitate & humilitate verè **FELI-** *pag. 67.*
 CIS dedit documentum, bonosq;ue omnes in
 sui traxit admirationem. Accedat propius,
 nobisque apertius loquatur Vir ille eruditissi-
 mus, ac simul felicem commentaryi huic,
 ejusq; de felicibus Scriptoribus appendici co-
 , lophonem imponat: Patiat literarium Or-
 , bem scire, quid imbecillitas mea D E O in-
 , nixa valuerit, & quid voluerit, ut omnes
 , divinum Numen mihi propitium reddant,
 , ne ad pœnam mihi sit, chartaceis opibus o-
 , peribusque divitem esse, illis verò carere,
 , quæ ab animæ supera gratia gravidæ fœcun-
 , ditate sunt. Quid mihi proderit si plu-
 , ra quam ullus alias effuderim volumina, si
 , librorum multitudinem honorum operum *steri-*

„ sterilitate inficiam conficiamque , & tan-
 „ quam cadavera anima vidua quodam
 „ torporis & otii sepulchro sepeliero ? Det mi-
 „ hi D E U S libros in opus vertere , & ita scri-
 „ bere facienda , ut faciam quæ possint scribi .
 „ Multa huc usque volumina Vir doctissime ,
 „ Orbi obtuli , plura paro quæ deinceps emit-
 „ tentur , sed quid certi spondeam , incertus an
 „ diem craftinum sim visurus ? Ut vitam , ut vi-
 „ res DEUS dederit in DEI GLORIAM , LEGEN-
 „ TIUMQUE PROFECTUM emittā paulatim quæ
 „ promisi . - In libris quos edidi edaq; deinceps
 „ illud cavebo , NE LAUDIS HUMANÆ lethar-
 „ lis aura labores meos inficiat , Sanc̄ti Hiero-
 „ nymi verba liceat usurpare , nam nec aliam
 „ ab ejus mente mentem circumfero : Nobis
 „ propositum est non plausum legentium , sed
 „ FRUCTUM PROFICIENTIUM QUÆ-
 „ RERE . Qui hunc plausum sequitur , PLAN-
 „ CTU prosequendus est , & incipit laude in-
 „ dignus esse , qui legentium laudem ambit
 „ non profectum . Denique multa qui scri-
 „ psi , errare in multis potui , ego hic errorem
 „ omnem ejuro ! - - Sed jam Vir doctissime ,
 „ habe , quæ tu optabas , & ego debeo quia sum
 „ pollicitus . Tantum dum hic sumus ita lite-
 „ ras colamus , ut vitâ nostra functi inter eos
 „ esse possimus , qui , quod sanctus Daniel di-
 „ xit , QUASI STELLÆ FULGEBUNT IN
 „ PERPETUAS ÆTERNITATES . O U-
 „ TINAM !

In B. m magd. Nothom. 1725.

COM-



